imputari et de suo ipsum debitum solvere et satisfacere teneatur ita quod Comune
Perusii ad satisfactionem dicti debiti per ipsos Massarios assignati teneri non debeat
ullo modo. Item Massarii ita eorum mensem postquam alicui positam rece-
perint vel promissionem fecerint solvere et satisfacere debeat omnino quod si non fece-
rint viginti quinque libras denariorum pene nomine Comuni Perusii solvere compellatur.
Volumus tamen quod Potestas et Capitaneus et eorum offitiales et Priores vel alter
eorum non debeat cogere Massarios expendere in aliquo denarios depositos
penes eos. Et si Potestas et Capitaneus vel eorum offitiales vel priores artium
contrafecerint quilibet eorum contrafaciens in Centum libris denariorum pene nomine Comuni
Perusii condepnetur per eorum Syndicatorem. Salvis semper et reservatis sacculis
Massariorum tam factis quam faciendis et statutis de ipsis loquentibus et contentis in eis
quibus per presens capitulum in nullo derogetur. Statuimus et ordinamus
quod Massarii Comunis Perusii qui nunc sunt seu qui pro tempore fuerint sub pena sui salarii
teneatur et debeat accensas tenere expensis Comunis Perusii duas lampades videlicet
unam in palatio populi Perusii ante figuram beate virginis Marie quam dicti
Massarii fieri facere teneantur de novo expensis Comunis Perusii in pariete super ban-
cham massariorum et alia in palatio potestatis ante figuram beate Marie virgi-
nis in sala inferiori palatii potestatis et facere pro ipsis lampadibus expensas
sine aliqua apodixa vel mandato. Et ad hec ut palia que presen-
tantur Comuni Perusii pro censu in festo beati herculani pro honore Dei et
beati herculani distribuantur inter Ecclesias pauperes et indigentes.
Dicimus statuentes quod de cetero eligantur et eligi debeat per duos priores

et Camerarios de mense Januarii et Februarii quinque bonos homines fidedignos unus videlicet
pro qualibet porta qui debeat omnes Ecclesias parrochiales horatoria et mone-
steria de Civitate burgis et suburgis Perusii et etiam de comitatu pauperes et
indigentes eligere et intelligatur esse de suburgis Ecclesia Sancte Lucie de
collibus et nomina talium Ecclesiarum oratoriorum et monesteriorum ponere in sacculo
fiendo per dictos bonos homines scripto in cartis pecudinis que nomina talium Ecclesiarum
oratoriorum et monesteriorum intra octo dies post festum beati Herculani de mense
Martii priores artium publicari facere teneantur in palatio populi videlicet tot
quot erunt palia presentata et illi Ecclesie oratorio vel monasterio cuius nomen
primo lectum et publicatum fuerit Massarius Comunis Perusii dare debeat palium
primo presentatum et assignatum in die dicti festi coram dictis dominis prioribus
et illi Ecclesie oratorio vel monasterio cuius nomen secundo fuerit lectum et publicatum
dictus Massarius dare debeat palium secundo presentatum et sic successive usque ad ultimum
palium talis ordo servetur pena dictis prioribus et camerariis qui fuerint de
mensibus Januarii et Februarii si neglexerint vel obmiserint dictam electionem facere
de dictis quinque bonis hominibus et eorum subcessoribus si neglexerint dictam publicationem
nominum dictarum Ecclesiarum oratoriorum et monasteriorum facere ut dictum est ducentarum
librarum denariorum Et Massarius si contrafecerit non dando dicta palia infra octo dies post
dictam publicationem in ducentis libris denariorum per Maiorem Syndicum quos
contrafaciente debeat condempnari de quibus omnibus singulis expresse debeat syndicari.

Capella vero Sancti Herculani que sita est in Ecclesia Sancti Laurentii et capelle
de cruce Sancti Herculani videlicet superior et inferior site in porta Sancti Petri et Ecclesia
Sancti Constantii et Capella Maiestatis virginis gloriose sita sub volta
palatii potestatis et Capella que est in palatio dominorum priorum habere debeat de
dictis paliis singulis quinque annis unum palium per qualibet earum de melioribus
presentandis que capelle in dicto sacculo non ponantur. Statuimus quod bravia
ad que cursus ad bravium currere consueverunt in festo omnium Sanctorum et in
festo Sancti Herculani emantur per dictos Massarios videlicet currendum in dicto festo Sancti
Herculani sit et esse debeat illud quod presentatur per Comitem Turchiani ut moris est
Et dentur in dictis festivitatibus primo cursori venienti equester ad dictum bra-
vium accipiendum modo consueto fieri in Civitate Perusii in dictis diebus festi-
vitatibus. Et si contingat quod equus venerit ad locum bravii etiam sine equita-
tore prius quam alius currens ad bravium quod ille cuius est equus debeat lucrari
et habere bravium non obstante quod equitator non venerit super equo quia de equo
ceciderit vel deiectus fuerit.

De solutionibus fiendis per Massarios Comunis Perusii offitialibus. Rubrica.

Item ad refrenandas expensas que indebite fiunt ne Massarius Comunis Perusii
pretextu ignorantie solutiones et pagamenta faciat non iudice faciendas sta-
tuimus et ordinamus quod Massarius Comunis Perusii qui pro tempore fuerit teneantur et debeat
facere et faciat istas solutiones et pagamenta de pecunia et avere Comunis Perusii ad eorum
manus provenientes secundum formam istorum capitulorum istis offitialibus et personis infe-
rius declaratis quibus constituimus et ordinamus infrascripta salaria que salaria

De cursu braviorum currenti palio [illegible]

Intrare not. cassact. registrare sbstantialr electiones offitialium, et no alius

et pagamenta solui possint, et debeat dcis offitialibus vigore pntis
statuti sine alio pcepto appodixa ul mandato alterius offitialis Comunis
pusij visa solum electione dcor offitialium. Quas electiones registrare
debeat notarius cassationum substantialr. et nullus alius notarius
dcas cassationes facere possit. et si fieret ipa cassatio no valeat ipo iure.
Et teneatur dcus notarius dcas electiones penes se retinere. et de
ipis cassationem facere ut fit et fieri osueuit de pceptis et aliis appodixis.

+a .iiii. Qd electiones offitialium appareat manu cancellarij ul eius coadiutoris et no alterius not. Rta. 104

Item qd electiones dcor offitialium apparere debeat manu Cancellarij
Cois pusij ul eius coadiutoris tm subscripte tam manu dci cancellarij
ne in ipis error ul inconuenientia aliqua oriatur. et si manu al-
terius notarij appareret no valeat ipo iure. et notarius pdcus cassatio-
num ipas cassare no debeat ullo modo. pena noto secus scribenti dcas
electiones ul aliqua eor et noto pdco cassationum secus registranti ul cassanti
p quoslz eor et qualz vice qua ctrafecerit Quingentaru libr. den.

Debent electiones apparere manu cancellarij

.iiii. De pena danda p massarios Cois pusij p rubbis nuptiarum et famulor dnor. pror. Rta. 105

Pro honore offitij Prioratus statuimus etia qd dcs Massarij sine alio
pcepto ul appodixa dare et soluere teneatur dnis prioribus artium sin-
gulis duobus msibus in pncipio eor offitij pcuratus pro ptio seu ptijs
Tredecim indumentor p famulis dcor dnor prior. vz et p decem famulis
ipor dnor prior. et p uno famulo eor notarij. et p uno portinario et
uno coco. vz p quoslz ipor quatuor flor auri. Ac etia teneatur soluere
p famulo cancellarij dci Cois eide cancellario annuatim vz in kls msis
Martij et Septembr octo florenos auri p duobus indumentis ipius famuli
vz in singulis dcis kls quatuor flor auri. Que indumenta fieri debeat
de duobus pannis diuersor color. sine de virgata. et ultra dcam quantitate
here no possit. et dcs Massarij plus soluere no valeat. et si plus solueret
de eor pprio intelligatur esse solutu. et ad ratione Cois pusij no debeat
imputari Sub pena Centum libr. den. p vice qualz qua secus faceret.
Debeat tm dcs Massarij semp retinere gabellam duodecim den. p qualz libra.
Hoc addito huic pnti capitulo qd ille qui fuisset famulus dcor prior
ul eor notarij aut portinarius duobus msibus no possit esse ad seruiendum
dcis dnis prioribus in offitio prioratus directe ul indirecte seu quocuq
colore quesito nec etia esse valeat famulus notarij ipor dnor prior
ul portinarius inde ad sex mses tunc pxie sequentes pena Centum
libr. den. tam eligentibus qm electis acceptantibus. Et qd nullus qui

Note qd massarij no possint expendere ultra dcam quantitatem p rubbis famulor dnor pror.

fuerit nuptius dnor prior artium et nullus qui sit nuptius aliarum
artis possit nec debeat esse famulus dnor prior artium ul eor notarij
nec etia portinarius sub pena Centum libr. den. secus electo acceptanti
et vice qualz. Et omnibus pdcis cuibus talis ctrafaciens directe ul p obliquum
here no valeat p se ul interpositam psona indumentum ul aliquod aliud

Debet retinere gab. xii. d. p libra

Note qd nullus qui fuerit nuptius dnor pror possit esse famulus dnor pror sub pena Centum libr.

Sub pena Centum libr. den. in qua pena p. Maiorem Syndicum Com.
pisii debeat condepnari. Et nichilominus ad dictum offitium esse non valeat ullo
modo.

De salario illorum qui tenent claves portarum Civitatis pisii. Rubrica. 107

v. Statuimus et ordinamus quod Massarii Com. pisii teneantur et debeant solvere
bonis hominibus et offitialibus qui tenebunt claves portarum Civitatis pisii
pro quolibet anno visa eorum electione quinque libras den. pro quolibet ipsorum bonorum
hominum et offitialium absque mandato vel precepto aliquorum offitialis Com. pisii.
Qui boni homines et offitiales teneantur et debeant claudere quolibet sero et
aperire quolibet mane tempestive durante dicto tempore dictas portas sub pena
Quadraginta sold. den. pro qualibet vice qua contrafecerit. Quorum offitialium
electio spectet ad dictos Priores artium Civitatis pisii.

De salario Ratiocinatorum Maioris Syndici. Rubrica. 108

vj. Providemus et ordinamus quod Massarii Com. pisii teneantur et debeant
solvere ratiocinatoribus et revisoribus rationum offitialium Com. pisii depu
tandis Maiori Syndico dicti Com. pro eorum salario pro quolibet eorum quatuor
flor. auri visa electione ipsorum sine precepto vel appodixa aliquorum offitialis
dicti Com. solvendo gabellam duodecim den. pro qualibet libra. Quorum ratio
cinatorum electio fiat et fieri debeat per dictos Priores et Camerarios artium
Civitatis pisii in principio offitii dicti Maioris Syndici et sint et esse
debeant quinque vel bonis pro qualibet porta.

De nuptiis reforentibus bona nova et eorum salario. Rubrica. 109

vij. Ordinamus et statuimus quod Priores artium et Camerarii possint deli
berare disponere et ordinare de vestimentis vel aliis donis fiendis nup
tiis qui venerint a Com. pisii cum prosperis novis. Et Massarii
Com. pisii ad mandatum et secundum mandatum dictorum Priorum predictorum teneatur
et debeat solvere illam quantitatem pecunie et illis personis de qua et de
quibus per dictos dictos Priores et Camerarios providebitur et deliberabitur et eis vide
bitur expedire.

De salario offitialium super monstris cassarorum et fortilitiarum Com. pisii. Rubrica. 110

viij. Statuimus et statuendo firmamus quod dicti Massarii Com. pisii teneantur
et debeant dare et solvere offitiali et notario deputandis ad revisiones et
monstras Castellanorum et cassarorum et fortilitiarum Com. pisii pro eorum
salario pro quolibet eorum qualibet die qua contingerit pro dicta revisione et monstris
Triginta sold. den. pro quolibet equo videlicet dicto bono homini et offitiali pro duobus
equis et notario pro uno equo. Qui bonus homo et offitialis teneatur et de
beat facere inventarium de omnibus et singulis massaritiis et arnesibus dictorum
cassarorum et fortilitiarum et debeat dictus bonus homo et offitialis syndicari
a Maiori Syndico Comunis pisii. De electione et offitio dictorum bonorum hominum
offitialium super expensis fiendis in honorandis dictos et solepnes ambaxiatores. Rubrica. 111

viiij. Et quia sepe contingit et occurrit ultra solitum et ordinatum expen
sas Com. pisii necesse habere et sibi necessario incumbit facere expensas
quando in honorando dictos et solepnes ambaxiatores dictorum et Comu
nitatum venientes ad Civitatem pisii Statuimus quod in tali casu dicti Priores | in honorando ambaxiatores Reperi ii. CCXXXVIII. C

artium cum consilio camerariorum nunc ad minus triginta presentium viginti in concordia possint teneantur et debeant deputare et eligere duos bonos legales et discretos homines, qui possint et debeant providere et ordinare de supradictis fiendis causa honorandi tales personas in ea quantitate de qua dictis bonis hominibus conveniens videbitur et apparebit. Et de tali scriptura fienda rogare debeant unum notarium qui scripturam autenticam faciat de predictis. Et dicti massarii teneantur et debeant solvere dictis bonis hominibus sine alio precepto vel mandato vel appodixa alicuius alterius offitialis comunis perusii visa sola scriptura predicta et de electione facta per dominos priores artium cum consilio camerariorum illam quantitatem pecunie que apparebit per dictam scripturam expensa fuisse occasione predicta. Quando tamen quantitas expense fiende limitetur per dictos dominos priores et camerarios vel per priores tamen ipsius limitationis quantitas transcendi non possit. Et quia aliquando contingit quod expedit et incumbit comuni perusii ita subito facere honorem supradictis personis quod non possit ita subito haberi consilium camerariorum providemus et ordinamus quod in dicto casu domini priores artium possit et debeat facere electionem dictorum bonorum hominum et offitialium qui teneantur et debeant facere dictam expensam pro honore faciendo. Que electio et expense et expense facte dicta de causa debeat approbari et ratificari per consilium camerariorum modo forma et ordine supradictis. Qua ratificatione facta dicti massarii possit et debeat solutionem facere et pagamentum dictarum expensarum dictis bonis hominibus et offitialibus sine alio precepto vel mandato alicuius offitialis comunis perusii secundum quod sicut supra est expressum et modo forma et ordine supra expressis.
Teneantur tamen dicti boni homines et offitiales ante solutionem eis fiendam iurare ad sancta dei evangelia corporaliter tactis scripturis quod non sit scriptum plus expensum fuisse quam secundum veritatem fuerit expensum et ultra quam necesse fuit pro dicta expensa fienda non expendisse vel expendere et predicta facere legaliter et sine fraude. Dummodo quod dicte expense omnes et singule fiende legi debeant singulariter in consilio camerariorum predicto.

-No. de expensis fiendis pro muneribus ambaxiatorum et solutione ipsarum

debent approbari per camerarios antequam solvantur.

de iuramento prestando offitialibus ad predicta deputatis et pro expensis eligendis legaliter et consilio camerariorum

De salario nuptii dominorum priorum artium. Rubrica.

.X.

Ordinamus quod dicti massarii teneantur et debeant dare et solvere cuilibet nuptio dominorum priorum artium in principio offitii cuiuslibet prioratus pro pretio indumenti caputei et fulamentorum ipsorum indumenti et caputei. decem florenos de auro quod indumentum caputeum et fulamenta emi debeat per ipsos dominos priores antequam incipiat eorum offitium exercere. Qua solutionem dicti massarii possit et debeat facere sine aliquo precepto vel appodixa alicuius offitialis comunis perusii. Dummodo solvatur duodecim denariorum pro libra qualibet dicti pretii. Et ultra dictorum pretium talis nuptius habere non possit modo aliquo. Et dicti massarii non possint ultra dictum pretium aliquid solvere tali nuptio pena centum librarum denariorum pro vice qualibet qua plus solverent.

De salario dominorum priorum artium pro eorum et cancellarii et notarii expensis. Rubrica.

.XI.

Item supra providerunt et ordinaverunt quod dicti massarii teneantur et debeant facere infrascriptas solutiones et pagamenta de pecunia et avere comunis perusii ad eorum manus perveniendo vel perveniendis secundum formam supradictorum ordinamentorum offitialibus et aliis personis inferius declarandis quibus offitialibus et personis salaria

Require de aliis offitiis folio xxxiii

et pagina fidei debeat vigore presentis statuti sine alio precepto apodixa vel
mandato alicuius offitialis dicti Comunis set solummodo visa dicta electione dictorum offitia-
lium. Quorum offitialium electores substantialiter scribi debeat per notarium super
cassationibus deputatum. ¶ Quam electionem dictus notarius debeat apud se retinere
et cassationem facere secundum quod consuetum est facere de preceptis comandamentis et appo-
dixis. ¶ Et in primis solvere teneatur et debeat pro salario et expensis dominorum
priorum artium Civitatis pisane et eorum familie et pro expensis Cancellarii
et pro quolibet dictorum dominorum priorum et notarii et qualibet die Quadraginta solidos
denariorum et pro expensis Cancellarii et eius famuli viginti solidos denariorum durante
tempore eorum offitii et ultra dictam quantitatem quadraginta solidorum denariorum
pro quolibet dominorum priorum et qualibet die habeat et habere debeant dicti domini priores
pro cera et confectionibus pro quolibet priorati Centum libras denariorum sine mandato ali-
cuius offitialis dicti Comunis et sine solutione vel retentione alicuius gabelle et absque
visione et registratione eorum electionis. Qui Massarius debeat recipere restitutionem
de predictis apodixis dictis prioribus vel eorum procuratore. ¶ Et pro causis super-
dictis vel ipsarum occasione dictus Massarius nichil ultra dictas quantitates solvere possit
aliquo colore quesito Sub pena Quingentarum librarum denariorum pro quolibet eorum et
qualibet vice qua contrafecerint nisi hoc faciant ex promissione adinantie generalis.
¶ Debeant etiam solvere dicti Massarii dictis dominis prioribus ultra predicta pro sca-
tellis masoriis cereis et aliis rebus necessariis Quinque florenos auri pro quolibet
offitio prioratus ad petitionem ipsorum dominorum priorum sine precepto alicuius offi-
tialis. De quibus quinque florenis auri Massarius faciat sibi fieri restitutionem. ¶ Et
si dictus Massarius pro superdictis predictis vel eorum occasione ultra predictam quantitatem dictis
dominis prioribus aliquid solveret incidat in pena Centum librarum denariorum pro qualibet
vice. ¶ Teneantur etiam dicti Massarii solvere notario ipsorum dominorum priorum
sine aliquo precepto vel mandato alicuius offitialis Comunis pisani ultra dictum sala-
rium pro scripturis quas facere debet Decem florenos auri et nichil ultra dictam
quantitatem solvere possit nec pro dicto notario nec eius substituto vel coadiutore
qui substitutum vel coadiutorem tenere non possit Sub pena Centum librarum denariorum.
¶ Et domini priores non possint dicto substituto vel coadiutori deputare aliquod
salarium donec steterit pro substituto vel coadiutore dicti notarii. Et dictus Massarius
ut dictum est dictum salarium vel aliquam quantitatem solvere non possit pena
cuilibet offitiali contrafacienti Centum librarum denariorum que pena eidem de facto
auferri debeat per Syndicum Maiorem tempore eorum syndicatus. ¶ Et dictus
notarius dictorum dominorum priorum teneantur et debeat ponere in publicam formam
in cancellaria omnes et singulas scripturas quas facient tempore eorum offitii
sine aliquo salario vel premio. Quas scripturas scribere teneantur et debeat
in cartis pecudinis infra unum mensem sub pena Centum librarum denariorum et priva-
tione offitii dicti notariatus ad quod offitium contrafaciens nullo modo eligi possit
et si eligeretur electio non valeat ipso iure. 114

De salario notarii super cassationibus. Rubrica.

Marginalia (right): De electionibus offitialium et de registratione ipsarum fienda per notarium cassationum.

De pluribus coractis (?)

Sine solutione gabelle. Debent habere pro cera et confectionibus. C. libras denariorum et non ultra.

Marginalia (left): pl(ur)a(li)o nota

Item dent et soluant et soluere teneantur et debeant Notario deputato in
·xij· camera dominorum Massariorum super cassationibus et aliis pertinentibus ad offitium
dicti notarii secundum formam statutorum quibuslibet sex mensibus Quindecim
flor. auri sine alia appodixa vel mandato de quacumque pecunia dicti Comunis ad eorum
manus perventa vel pervenienda

De salario Guactatoris dominorum priorum et salario spazzatoris palatii habitationis ipsorum. Rubrica.

Item dent et soluant et dare et soluere teneantur et debeant ad mandatum
Requirere aliud ordinem in capitulo cxxxviij ·xiij· dominorum priorum Guactatori domus dominorum priorum pro quolibet offitio ipsorum
tres flor. auri. Item Spazzatori palatii dominorum priorum pro quolibet
mense Quinquaginta soldos denariorum

De salario Ambaxiatorum mictendorum pro Comune perusii. Rubrica.

Item dent et soluant et dare et soluere teneantur et debeant ad mandatum
dominorum priorum et camerariorum artium Civitatis perusii omnibus et singulis am
requir[e] aliud ordinem capitulo lxxxxj ·xiiij· baxiatoribus destinandis pro factis Comunis perusii vel alia causa ad quoscumque
dominos singulares personas vel aliquam Civitatem vel Terram secundum formam
statutorum loquentium de modo mictendi ambaxiatores et de salariis ipsorum
secundum formam dicti mandati et precepti dominorum priorum aliquo non obstante.

De salario electorum destinandorum ad eligendum potestatem et capitaneum. Rubrica.

Item dent et soluant et dare et soluere teneantur et debeant sine alia appodi
xa precepto vel mandato Cancellario Comunis salaria debita electoribus destina
·xv· dis ad eligendum potestatem capitaneum Maiorem Syndicum et alios
offitiales forenses Comunis perusii et eorum notariis et nuptiis secundum formam statutorum
de hac materia loquentium. Cum Cancellarius secrete soluat dicta salaria
dictis electoribus notariis et nuptiis ut in dictis statutis latius continetur.

De salario offitialium armarii librorum Comunis perusii. Rubrica.

Item dent et soluant et soluere teneantur et debeant sine alia appodixa vel
Nota de salario offitialium armarii mandato offitialibus armarii librorum Comunis perusii et duobus notariis eligendis
·xvj· et deputandis ibidem pro quolibet eorum pro semestri tempore Duodecim flor. auri
visa eorum electione quod salarium dictis offitialibus et notariis persoluendum sol
uatur si dicti notarii fuerint et pro rata temporis quo fuerint et non aliter ullo
modo Et quod fuerint vel non et quanto tempore fuerint stetur et credatur dicto
et Iuramento dominorum offitialium armarii pro dictos Massarios ante solutionem fiendam
dictis offitialibus deferendo et per ipsos offitiales armarii corporaliter faciendo.

De salario custodum carcerum Comunis perusii. Rubrica.

Item dent et soluant et dare et soluere teneantur et debeant sine alia appo
·xvij· dixa precepto vel mandato quinque custodibus carcerum Comunis perusii qui deputa
buntur de duobus mensibus in duos menses pro tempore duorum mensium ad rationem
duodecim soldorum pro quolibet eorum et quolibet die et bono homini et notario deputandis
super dictis carceribus pro dicto tempore duorum mensium pro quolibet eorum Quinque libr. denariorum
soli visa eorum electione seu publicatione. Item dent et soluant ipsis cu
stodibus pro oleo et aqua dandis pro eos captivis more solito in quolibet bimestri
tempore duos florenos auri quos sine fraude in id convertant pena Centum
libr. denariorum pro quolibet ipsorum custodum. De pecunia danda offitialibus depu



tatis super fonte platee Comunis perusii et aqueductu pro actatione ipsius. Rubrica.

xviij. Item dent et soluat et soluere teneantur et debeat duobus bonis hominibus
et offitialibus deputatis et deputandis super fonte platee Comunis perusij
ad aqueductum dicti fontis et conseruatione ipsius et super habundantia aque
habende in dicto fonte, de gabella duodecim denariorum pro qualibet libra que col-
ligitur in camera massariorum Comunis perusij uel alibi usque in quantitatem
Quingentorum florenorum auri et non ultra tempore quorumlibet offitialium

De salario offitialium deputatorum super fonte platee Comunis perusij. Rubrica.

xviiij. Item dent et soluat et dare et soluere teneantur et debeat dictis bonis hominibus
et uni notario quem dicti offitiales habere debeat pro dicto eorum offitio exercendo
pro eorum salario pro tempore unius anni pro quolibet eorum duodecim florenos auri sine
alio precepto uel mandato solum uisa ipsorum electione. Item dent et soluat
et dare et soluere teneantur et debeat fratri benedicto petri qui nunc est
et moratur ad custodiam cisterne et loci cisterne de uena dicti fontis in monte
paciano et successiue successoribus eius quolibet anno sine alio precepto eorundem
platee dicte custodie necnon amore dei uigintiquinque libras denariorum tempore quo
soluetur salarium offitialibus supradictis.

De salario campanariorum. Rubrica.

xx. Item dent et soluat et soluere teneantur et debeat ad mandatum dominorum
priorum artium Ciuitatis perusij campanarijs eligendis et declarandis per
ipsos dominos priores usque in quantitatem Quadraginta florenorum auri sine
alia apodixa uel mandato solum uisa electione ipsorum campanariorum dummodo
dicti campanarij primo caueat Comuni perusij de restituendo ipsas campanas
sonantes seu habiles ad sonandum alias dicta solutio eis minime pergat
aliquo non obstante.

De salario mundatoris platee. Rubrica.

xxi. Item dent et soluat et soluere teneantur et debeat uni deputando per
dominos priores artium Ciuitatis perusij quolibet anno in kalendis mensis Januarij
ad tergendum et purgandum plateam Comunis perusij pro tempore unius
anni duodecim florenos auri uisa solum eius electione sine alia apodixa
uel mandato alicuius offitialis Comunis perusij et ultra dictam quantitatem habere
non debeat quoquo modo Qui teneatur et debeat dictam plateam mundare quolibet
die sabbati de nocte precedente diem dominicam quod si non fecerit puniatur
pro qualibet uice in quadraginta soldis denariorum per maiorem syndicum Comunis perusij.

De salario Tubatorum naccharini et ceramelle Comunis perusij. Rubrica.

xxij. Item dent et soluat et soluere teneantur et debeat omnibus et singulis
tubatoribus naccharino et ceramelle Comunis perusij electis et eligendis secundum
formam statutorum Comunis perusij pro eorum salario prouisione et mercede duos
florenos auri cum dimidio quolibet mense pro quolibet eorum et quolibet mense soluendo eisdem de mense
in mensem pro rata temporis et quantitatis sine alio precepto uel mandato solum
uisa electione ipsorum tubatorum pena ipsis massarijs et cuilibet eorum non soluentibus
ut dictum est quinquaginta librarum denariorum pro qualibet uice dummodo quilibet ipsorum teneatur



tenere debeat et de ipso mostram facere coram ipsis Massariis saltem ter in mense pro ut in ordine tubatorum et offitio sequente latius continetur.

De rubbis tubatorum naccharini et cennamelle. Rubrica.

xxiij. — vide in capitulo lxxxxiiij.

Item dicti Massarii teneantur et debeant solvere et expendere pro ipsis tubatoribus naccharino et cennamella ultra salarium supradictum pro una robba seu pro uno pari pannorum lane de trameçato fienda et danda ipsis pro quolibet eorum quolibet anno in festo sancti herculani quod est de mense Martii octo florenos auri sub dicta pena ipsis Massariis si fuerint negligentes.

De capputeis fiendis dictis tubatoribus. Rubrica.

xxiiij. Item pro uno capputeo fiendo et dando pro quolibet eorum in dicto festo quinque libras denariorum pro quolibet eorum aliquo non obstante.

De salario syndicatorum potestatis et capitanei. Rubrica.

xxv. — Require aliud capitulum xxi.

Item dent et solvant et solvere teneantur et debeant offitialibus eligendis et deputandis ad syndicandum et examinandum dominos potestatem et capitaneum et eorum notarios pro quolibet eorum tres florenos auri.

De salario syndicatorum Maioris Syndici et aliorum offitialium. Rubrica.

xxvj. Item dent et solvant et dare et solvere teneantur et debeant omnibus et singulis aliis offitialibus deputandis et eligendis ad syndicandum et examinandum dominum Maiorem Syndicum communis perusii vel alium quemcumque offitialem forensem communis perusii et eorum notarios pro quolibet eorum centum solidos denariorum visa solum ipsorum electione vel de sacchulo publicatione et extractione.

De Rubbis fiendis nuptiis partis guelfe. Rubrica.

xxvij. Item dent et solvant et dare et solvere teneantur et debeant duobus nuptiis capitaneorum partis guelfe pro duobus rubbis fiendis et emendis pro dictis nuptiis pro illam personam quam capitanei partis guelfe dixerint declarandum quolibet anno in festo sancti herculani quod est de mense Martii viginti florenos auri sine alio precepto vel mandato virtute presentis statuti. Et pro duobus capputeis dandis dictis nuptiis in dicto festo quinque libras pro quolibet.

Qualiter pecunia solvatur per Massarios pro aliqua justitia fienda. Rubrica.

xxviij. Item dicti Massarii teneantur et debeant ad mandatum et requisitionem dominorum potestatis et capitanei vel alterius eorum quando casus occurreret quod per ipsos dominum potestatem vel capitaneum fieret aliqua justitia dare et expendere in illis rebus que necessarie essent pro dicta justitia facienda et executioni mandanda illam pecunie quantitatem que necessaria et opportuna fuerit pro ipsa justitia facienda habita apodixa manu alicuius notarii dictorum dominorum potestatis vel capitanei quas apodixas dicti Massarii infilçare et infilçari facere teneantur ut de ipsis tempore eorum syndicatus fidem facere possit quam fidem coram Maiori Syndico facere teneantur

De salario dando malapegis. Rubrica.

De consuetudine xl s. … solvitur … — xxviiij. Item dent et solvant et solvere teneantur et debeant malapegis qui interfuerit ad aliquam justitiam faciendam pro quolibet eorum quinquaginta solidos denariorum habita apodixa ut supra dictum est.

Item quod dicti Massarii

De tauro et aliis rebus emendis in festo omnium sanctorum. Rubrica.

XXX. Item quod dicti massarii possint teneantur et debeant annuatim in festo omnium sanctorum
expendere pro honore et gaudio ipsius festivitatis et emere et emi facere
unum taurum pulcrum et ferocem, quem die dicta ligari faciant in campo
prelii Communis Perusii secundum consuetudinem hactenus observatam, et unam porchec-
tam et unum canestrum panis et unum anapitem, que res concedantur
currentibus ad bravium secundum consuetudinem supradictam. Et etiam unum anulum
argenteum qui poni debeat in uno filo in platea Communis Perusii ut moris
est usque in quantitatem decem florenorum auri et non ultra. Quam quantitatem
expendere possint sine alia appodixa precepto vel mandato alicuius offitialis
Communis Perusii.

De parte condepnationis solvenda per massarios heredibus occisi. Rubrica.

XXXI. Item dent et solvant et dare et solvere teneantur et debeant sine alia appo-
dixa vel mandato heredibus illorum qui mortui et occisi fuerint tertiam
partem condepnationum que initie talium homicidiorum venerit in Communi
in camera dictorum massariorum et aliter vel in alio usu opere vel facto converti non
possint aliquo iure vel causa. Et quod omnes et singule quantitates
que per formam statutorum et ordinamentorum Communis concedantur pro retributione illorum
qui reportaret seu indicaret aliquem malefactorem seu representarent
aliquam guassaam vel aliam rem propter quam secundum formam statutorum et ordina-
mentorum Communis Perusii aliqua pars seu quantitas concederetur, et omnes et sin-
gulas quantitates que concedantur offitialibus forensibus Communis pro executione
armorum vel alia executione secundum formam statutorum Communis Perusii dent et solvant
et dare et solvere teneantur et debeant auctoritate presentis statuti sine alia appodi-
xa precepto vel mandato.

De salario offitialium super massaritiis et arnesibus Communis Perusii. Rubrica.

XXXII. Item dent et solvant et dare et solvere teneantur et debeant offitialibus de-
putatis et deputandis per modum sachecti super massaritiis et arnesibus
Communis Perusii pro actoniamine reparatione et conservatione massaritiarum et arne-
sium dicti Communis pro tectura seu copertura domorum et palatiorum dicti Communis et pro
aliis rebus necessariis dicto Communi illam quantitatem que necessaria fuerit pro ipsis
massaritiis domibus palatiis ac etiam campanis dicti Communis et aliis rebus ad
mandatum et secundum mandatum dominorum priorum artium Civitatis Perusii. Et
quod dicti offitiales teneantur et debeant tempore cuiuslibet offitii massariatus iurare ad
sancta dei evangelia quod quantitates quas accipient et ad eorum manus pervenerint
pervenerint expendent et convertent in dictis causis et non aliter ullo modo. Et
si in alia causa expenderet vel converteret solvat et solvere teneatur et debeat
dicti offitiales super massaritiis pro qualibet vice qua in alio casu expenderet
et quolibet eorum nomine pene centum librarum denariorum, que pena cuius et cuiuslibet eorum

per maiorem syndicum Communis Perusii tempore eorum syndicatus auferatur.
Et habeat et habere debeat dicti offitiales super massariis et eorum notariis per quos
eorum pro eorum salario pro tempore unius anni sexaginta libras denariorum per quos eorum
solvendorum eisdem per dictos massarios sine alia appodixa vel mandato so-
lummodo visa eorum electione. Quod de solutionibus fiendis per massarios solva-
tur .xii. denarii pro qualibet libra. Rubrica.

126

.xxxiii. Item ut per conservatione aqueductus et fontis platee Communis Perusii pecunia
habundantius habeatur statuerunt et ordinaverunt quod de omni paga-
mento et solutione seu appodixarum excomputatione quod et que fiet in
camera ipsorum massariorum et per ipsos massarios vel eorum fancellos vel alterum
eorum solvatur et solvi debeat primo per recipientem pagamentum vel solu- 139
tionem seu per facientem appodixarum excomputationem massariis supradictis
seu per ipsos retineatur et retineri debeat nomine gabelle ad rationem duodecim
denariorum pro libra quantitatis quam receperit seu excomputaverit non obsta-
te quod in appodixa vel mandato contineretur quod solutio fieri deberet sine
solutione vel retentione gabelle. Salvo quod non intelligatur in salario et
expensis dominorum priorum artium nec in expensis cancellarii nec in expensis
notariorum ipsorum dominorum priorum aliquo non obstante.

Requirere aliud ordinamentum quod debent ...

127

De salario protectorum Communis Perusii existentium in curia Romana. Rubrica.

.xxxiiii. Item attendentes quod cum a tempore cuius contrarii memoria non existit extiterit consuetum quod Communis Perusii 140
pro expeditione ipsius Communis in curia Romana coram domino nostro summo ponti-
fice habuit protectores statuimus et ordinamus quod in curia Romana
semper sint et esse debeant protectores Communis Perusii eligendi nominandi et declarandi
et mutandi semel et pluries per dominos priores et camerarios artium civitatis
Perusii in consilio dominorum priorum et camerariorum artium et quinquaginta sapien-
tum popularium videlicet decem pro qualibet porta. Inter quos semper sint et esse
debeat reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Nicola Capoccius Sancte 141
Romane Ecclesie dignissimus cardinalis et reverendissimus in Christo
pater et dominus dominus Raynaldus de filiis Ursi Sancti Adriani diaconus
cardinalis. Qui domini cardinales et protectores habeant et habere debeant pro eorum
provisione a massariis Communis Perusii ... deliberatum fuerit per consilium dominorum
dominorum priorum et camerariorum cum dictis sapientibus solvendam distribuendam dandam
sive mictendam eisdem secundum provisionem fiendam per dictum consilium visa de-
liberatione dicti consilii massarii dicti Communis quod deliberatum fuerit ut dictum est solve- 142
mantur ad mandatum dominorum priorum usque totam huiusmodi deliberationis
fiende quantitatem pecunie Communis Perusii aliquo non obstante.

De subsidio fiendo fratribus Sancte Marie de monte Augusti et fratribus Sancti Francisci. Rubrica.

.xxxv. Item dicti massarii qui sunt et solvunt et qui pro tempore erunt solvere teneantur et debeant quolibet

anno in festo indulgentie que est apud locum sancte dominici de perusio die
die sancta mensis Augusti fratribus et conventui fratrum sancte dominici de perusio pro sub-
sidio expensarum occurrentium eisdem in dicta indulgentia. Quinquaginta libr.
den. solvendorum eisdem sine alio precepto vel mandato virtute presentis statuti
et ultra aliquid petere vel habere non possint. Fratribus vero sancti Francisci
perusii conventus vel eorum syndico dent et solvant et dare et solvere teneantur
dicti massarii anno quolibet in festo indulgentie beati Francisci que est primo die
Augusti pro subsidio expensarum occurrentium eisdem fratribus dicti perusini conventus
pro receptione multorum fratrum ibidem concurrentium dicto tempore sine alio precepto
vel mandato. Viginti quinque libr. den. Aliquo non obstante.

De salario coadiutoris cancellarii. Rubrica.

139 Item quia sepe contingit quod cancellarius communis perusii multiplicantes scrip-
.xxxvi. turarum supervenientium impeditur adeo quod ipsas scripturas perficere et debi-
te in libris reducere et scribere ac litteras registrare nequid et alia
necessaria effectui demandare. Statuimus et ordinamus quod dicti massarii teneantur
et debeant dare et solvere ad mandatum dominorum priorum artium civitatis
perusii quando necessitas imminet coadiutori dicti cancellarii dictas scripturas faciendi
tempore multiplicationis dictarum scripturarum salarium declarandum per ipsos dominos
priores. Dummodo non excedat quantitatem duorum flor. auri cum dimidio in
mense. Aliquo non obstante.

De paliis currendis in festo omnium sanctorum et beati herculani. Rubrica.

140 Item quod dicti massarii possint teneantur et debeant ornare et ornari facere bravi-
.xxxvii. um ad quod curritur in festo omnium sanctorum et palium ad quod curritur
sequenti die post festum translationis gloriosissimi martiris sancti herculani
infra horam vesperarum scilicet palium quod promittitur pro occidente bathiam
et palium seu bravium ad quod annuatim curritur in festo omnium sanctorum
de variis et aliis ornatis prout decet et convenit honori communis perusii. Et expe-
diantur et expendi possit per ipsos massarios de quacumque pecunia communis perusii
ad eorum manus perveniendam pro dictis braviis et ornamentis pro quolibet dictorum bra-
viorum. Triginta flor. auri ante presens statutum. Aliquo non obstante.

De excomputatione appodixarum fienda per massarios. Rubrica.

141 Item statuimus et ordinamus quod dicti massarii possint teneantur et debeant
.xxxviii. admictere et recipere ad excomputationem appodixas a solventibus aliquas
condempnationes penas vel banna in cameram ipsorum massariorum in casibus
permissis per formam statutorum communis perusii noviter [illegible]. Dummodo tales ex-
computationes ipsas appodixas primo [illegible] omnia dent et solvant ipsis massariis
gabellam ad rationem [illegible] den. pro qualibet libra. Aliquo non obstante. Vide p. excomputat. [illegible] c. [illegible] [illegible]

De salario quorundam offitialium eligendorum per commune perusii. Rubrica.

142 Item statuimus et ordinamus quod dicti massarii possint teneantur et debeant
.xxxviiii. dare et solvere ad mandatum dominorum priorum artium civitatis perusii omnibus
et singulis offitialibus communis perusii qui per formam alicuius capituli statutorum

Com(unis) Perusii nunc p(ro) editorum eligi vel vocari debent ad aliquod offitium vel aliquid fac-
ciendum vel operandum quibus aliqua flor(enorum) vel pecunie quantitas solui debet secundum
formam eorum statutorum. Et in casu quo per formam presentis statuti solui non
debet sine precepto vel mandato, non obstante quod de ipsis offitialibus et quantitate in
presenti statuto non fiat expressa declaratio, nec aliquo alio quod in contrarium loqueretur.

Quomodo eligantur offitiales per priores et camerarios artium. R(ubrica).

xl. Item ut pecunia Com(unis) Perusii utiliter expendatur et ne Com(unis) Perusii dispen-
diis inutilibus gravetur, statuimus et ordinamus quod nullus possit eli-
gi, vocari vel assumi vel deputari ad aliquod offitium Com(unis) Perusii cum salario
et ad salarium Com(unis) Perusii per dominos priores artium civitatis Perusii vel alium
offitialem Com(unis) Perusii nisi esset permissum per formam statutorum Com(unis) Perusii nunc
editorum, salvo quod in expedientibus casibus domini priores artium civitatis Perusii
in consilio camerariorum artium dicte civitatis auctem habentem possit mantur et
debeat eligere offitiales Com(unis) Perusii et eis salaria constituere prout negotii qualitas
et temporis necessitas suadebit. Quibus offitialibus sic eligendis et eorum nota-
riis dicti massarii possint mantur et debeat soluere et soluat ad mandatum dominorum
priorum et camerariorum artium civitatis Perusii quantitates declarandas et specifi-
candas in ipsis mandatis et pro causis inserendis et ponendis in eisdem.

De solutionibus non fiendis per massarios nisi secundum formam presentium statutorum. R(ubrica).

xli. Item statuimus et ordinamus quod dicti massarii ultra solutiones et pagamenta
pro dictis deputata et ordinata in suprascriptis capitulis vel in aliquo capitulo statutorum
Com(unis) Perusii noviter editorum non possit nec debeat aliquo modo iure vel causa
vel aliquo quesito vel palliato colore soluere vel solutionem vel pagamentum facere
alicui persone sub pena centum librarum denariorum pro qualibet vice qua contrafecerint.
Et nichilominus intelligantur solutiones et pagamenta que fieret per ipsos massa-
rios ultra preter vel contra formam dictorum capitulorum fuisse facta de propria pecunia ipsorum
massariorum, et ad exitum dictorum massariorum tempore syndicatus eorum solutiones et paga-
menta secus facta nullatenus admictantur, non obstante aliquo capitulo quod in
contrarium loqueretur.

De rubbiis domicellorum dominorum priorum artium. R(ubrica).

xlii. Item statuimus et ordinamus quod dicti massarii possit mantur et debeat dare,
soluere et expendere ad mandatum dominorum priorum artium civitatis Perusii
pro sex rubbiis seu indumentis fiendis de virgata seu partita semel in
anno sex domicellis deditis seu dedicendis ad servitia ipsorum dominorum priorum
in palatio habitationis ipsorum et dandis ipsis domicellis per ipsos massarios et per for-
nimentis dictarum rubbiarum omnem quantitatem pecunie que pro ipsis fuit necessaria
secundum declarationem fiendam per ipsos dominos priores in dicto mandato, dummodo
non excedatur costus decem flor(enorum) auri pro qualibet dictarum rubbiarum, aliquo non obstante.

De residuo pecunie restituende per massarios eorum successoribus. R(ubrica).

xliii. Item quod dicti massarii mantur et debeant ad penam ducentarum librarum denariorum pro quolibet
eorum dare, assignare et restituere massariis Com(unis) Perusii eorum in offitio successo-
ribus omne residuum quantitatis flor(enorum) et pecunie quod superfuerit et restabit

ab exequtione ipsorum offitii et a solutionibus et pagamentis faciendis per ipsos massarios infra quindecim dies a die finiti eorum offitii. In qua pena dicti massarii debeant per eorum syndicatores tempore eorum syndicatus si contrafecerint condempnari.

De emendatione equorum offitialium et ambaxiatorum communis Perusii qui moriretur vel fieret inutilis. Rubrica.

41 .xliiij. Item quia plerumque contingit quod domini potestas et capitaneus et alii offitiales forenses communis Perusii necnon ambaxiatores communis Perusii qui pro factis dicti communis diversimode destinantur, equos roncinos et mulos quos ducunt et quos ducere tenentur prout multipliciter evenit, quia ipsi equi roncini et muli durante offitio offitialium predictorum moriuntur et inutiles efficiuntur, et sit conveniens indempnitati offitialium huiusmodi providere. Ideo statuimus et ordinamus quod domini potestas et capitaneus et alii rectores forenses communis Perusii ac etiam ambaxiatores dicti communis quibus casus contigerit de morte vel inutili effectione alicuius equi roncini vel muli dum fuerint in servitio communis Perusii possint et eis liceat adire massarios communis Perusii et coram eis manu notarii camerariatus ipsorum massariorum narrationem facere et petere emendam talium equorum roncinorum vel mulorum et summariam probationem facere coram eis saltem per duos testes fidedignos vel per scripturam publicam manu publici notarii coram dictis massariis pertinenda, quam fidem et probationem massarii supradicti teneantur et debeant recipere et admictere infra octo dies a die facte petitionis, et ipsam probationem sic factam publicare coram dominis prioribus artium Civitatis Perusii. Qui domini priores possint et eis liceat mandare dictis massariis quod dent et solvant rectori vel ambaxiatori cui fuerit equus roncinus vel mulus mortuus vel inutilis effectus emendam ipsius equi roncini vel muli secundum extimationem de ipso factam per consignatores monete communis Perusii seu per dominos priores artium Civitatis Perusii. Que extimatio fieri debeat videlicet de equis rectorum forensium per consignatores monete communis Perusii secundum formam electionis ipsorum, et de equis roncinis et mulis ambaxiatorum communis Perusii antequam accedant pro ambaxiata vel aliqua facienda per dominos priores artium Civitatis Perusii manu publici notarii et scriptura redacta. Et quod massarii communis Perusii servata forma predicta teneantur et debeant ad mandatum dominorum priorum dare et solvere extimationes et qualibet earum secundum formam dicti mandati. Et ultra contra vel preter formam supradictam massarii communis Perusii vel alius offitialis dicti communis dictas emendas vel aliquam earum solvere non possint nec debeant ullo modo sub pena quingentarum librarum denariorum dictis massariis pro vice qualibet qua contrafecerit auferenda. Et quod secus solverint de eorum proprio solvisse intelligantur. Aliquo non obstante.

De salario campanarii pulsantis campanam pro scolaribus. Rubrica.



42 .xlv. Item statuimus et ordinamus quod dicti massarii teneantur et debeant dare et solvere uni campanario deputando et eligendo per generalem rectorem studii perusini ad pulsandum, et qui pulset campanam scolarium horis debitis quibus doctores cathedras ascendunt ire lecture pro suo salario solum visa ipsius electione quolibet anno decem libras denariorum. Aliquo non obstante.

De extimatione rerum mobilium et immobilium fienda per Massarios de quibus decimum nunc debet vel gabella solvi. Rubrica.

139 Item quod dicti Massarii habeant arbitrium auctoritatem et facultatem ac etiam possint
. xlvj . et teneantur et debeant extimare res mobiles et immobiles non extimatas
de quibus solvi debet gabella seu decimum et ea que extimanda venirent
per gabella et decimo solvendis secundum formam statutorum et ordinamentorum Communis Perusii
secundum quod eis videbitur convenire. Verum ea que in catastro Communis Perusii extimata
non essent. Pro hiis vero que in catastro predicto extimata essent solvatur decimum
et gabella secundum extimationem ipsorum in dicto catastro repertam etiam sine alia extimatione
per dictos Massarios facienda. Et pro dicta extimatione nichil recipiant quoquomodo
pena Centum librarum denariorum si contra predicta fecerint auferenda.

De salario solvendo Camerariis artium. Rubrica.

140 Item quod dicti Massarii dent et solvant et solvere teneantur et debeant ad mandatum
. xlvij . et secundum mandatum dominorum priorum artium Civitatis Perusii Camerariis
artium Civitatis Perusii qui pro tempore fuerint vel illi persone et illas quantita-
tes pecunie quas dicti domini priores duxerint declarandum solvendas eisdem Came-
rariis secundum formam statutorum Communis Perusii de hac materia loquentium aliquo non obstante.

De salario dando annuatim pictoribus ornantibus immagine beati Herculani. Rubrica.

141 Item dent et solvant et solvere teneantur et debeant Camerario artis pictorum
. xlviij . quolibet anno in festo translationis gloriosissimi martiris sancti Herculani
pro pictura fienda et renovanda per pictores Civitatis Perusii de statua
seu figura dicti gloriosissimi Herculani in dicto festo sine alia appodixa
vel mandato viso solum presenti statuto decem libras denariorum sub pena dictis
Massariis si contrafecerint viginti quinque librarum denariorum pro quolibet eorum auferenda
aliquo non obstante. De salario dando offitiali Communis recipienti

142 pisces qui debent assignari per emptores aque lacus. Rubrica.

Item dent et solvant et solvere teneantur bonis hominibus et offitialibus depu-
. xlviiij . tatis ad recipiendum pisces deferendos ad Civitatem Perusii per emptores
fructuum aque lacus et eorum notario pro quolibet eorum et pro eorum salario sex mensium
decem florenos auri solum visa eorum electione aliquo non obstante. Hoc autem
non intelligatur in extractis et extrahendis de presenti sacculo. Qui habeant
et habere debeant salarium predictum omni exceptione remota.

De oleo emendo pro lampadibus Maiestatis de volta. Rubrica.

144 Statuimus et ordinamus quod dicti Massarii dent et solvant et dare et solvere
maestà della volta teneantur et debeant Toso Johannelli custodi loci Maiestatis volte prope
plateam Communis Perusii et cuilibet in offitio successori quolibet mense pretium sive
pecuniam pro uno medialino olei boni et puri emendo per ipsum Tosum
ardendo et comburendo pro lumine lampadarum ardentium ante figuram
dicte Maiestatis ad honorem et reverentiam gloriose Virginis Marie et
quod declaratione pretii et valoris dicti olei stetur declarationi Massariorum dicti Communis Perusii
aliquo non obstante. Et predictum oleum sine pretium ipsi debent dicto Toso et eius successori
pro dictis lampadibus si et in quantum dictus locus Maiestatis habebit necesse de quo

credatur Iuramento dicti Tosi vel eius successori et non aliter.

Quod nullus ponderator averis Cois possit aliquid accipere a Coi pro ipsa ponderatura. Rubrica.

.Li. Item quod non est conveniens quod ex ponderatura florenorum que fit per tenentes pondus Cois perusii salarium tollatur vel recipiatur ab ipsis ponderatoribus officialibus Cois perusii. Ordinamus quod ex nunc iam nullus ponderator audeat vel presumat recipere aliquam quantitatem flor vel pecunie a conservatoribus pecunie Cois perusii vel a Massariis vel eorum fancellis nec ab aliquibus aliis officialibus Cois perusii pro ponderando numerando vel sygillando vel pro revidendo aliquos flor Cois perusii vel tempore alicuius solutionis fiende cuicumque cui debet fieri solutio alicuius quantitatis pro Coi perusii. Et quicumque contrafecerit puniatur et puniri debeat per potestatem et Capitaneum vel Maiorem Syndicum ad petitionem cuiuscumque officialis Cois perusii et etiam cuiuscumque alterius pena Quinquaginta libr denariorum que pena exigi debeat a dicto contrafaciente de facto habita fide per sacramentum ab officiali vel alterius cum uno teste de visu.

Quod omnia pacta reformationes et instrumenta ad utilitatem Comunis facta observentur. Rubrica.

.Lii. Statuimus et ordinamus quod si aliqua persona corpus collegium vel universitas deberet aliquid solvere Coi perusii in camera dominorum Massariorum vel conservatorum monete vel alterius camere dicti Cois vel alicui officialis Cois perusii vigore alicuius statuti reformationis vel provisionis vel pactorum vel instrumentorum vigentium in Coi perusii ante publicationem presentium statutorum vel alicuius consuetudinis vel alio modo de quibus statutis provisionibus pactis et instrumentis non fieret expresse mentio in presenti volumine statutorum. Quod dicte provisiones reformationes et statuta instrumenta pacta et conventiones sint et esse intelligantur salva et reservata et remaneant in suis roboris firmitate ac si in presenti volumine statutorum essent per ordinem registrata. Aliquo non obstante.

De electione et offitio officialis super cartis vernice encaustro et cera dandis officialibus. Rubrica.

.Liii. Quia experientia fore docuit obviandum illicitis et indebitis sumptibus et expensis que sub quesito colore expense que fieri licite presumuntur tam in camera conservatorum monete quam Massariorum et quorumcumque aliorum offitialium Cois perusii pro cartis vernice encaustro et cera pro luminariis faciendis in grave dampnum et dispendium Cois perusii committe pagitur. Idcirco salubri deliberatione sanctimus quod eligatur et eligi et deputari debeat unus bonus sufficiens et legalis perusinus super dando et tradendo dictis offitialibus et omnibus et singulis offitialibus Cois perusii quibus consueverit dari incaustro cartis et vernice. Et super dandis et erogandis facculis et candelis pro luminariis ipsis faciendis in festivitatibus ipsis contentis in ipsis capitulis de dictis luminariis loquentibus cuius offitium duret per unum annum incipiendi die kalendas Januarii cuiuslibet anni et de ipso officiali de anno in annum fiat electio per dominos priores et camerarios artium Civitatis perusii novos qui extunc fuerint de mense decembris cuiuslibet anni ad quam electionem procedant et eam fecisse teneantur ante quam ipsorum offitium prioratus et camerariatus

Hoc capitulum est sublatum quantum ad electionem [illegible] offitialis et eius offitii et quantum ad ipsum offitium [illegible] totum attributum Massariis Cois perusii vigore et auctoritate emanate ab administratione generali ipsa perusini de quo plene constat manu ser Cole Iohannis de [illegible] notarii.

incohetur ita tamen quod si quis huiusmodi electus est per dominos Priores et Camerarios
ille sit offitialis ad predicta pro anno proxime futuro incipiendo in kalendis Januarii proxime
futuri non obstante quod electus non fuit dicta forma servata. Et interim scilicet durante
tempore predicto Massariorum et Conservatorum monete potuerint et possint ipsi Massarii et
Conservatores expensas pro predictis facere et fecisse quemadmodum poterant et consueverant ante
ante huius statuti publicationem non obstantibus contentis in hoc capitulo vel electione iam facta
de aliquo offitiali ad predicta seu aliquo alio generali vel speciali. Possit etiam et debeant et
potuerint dicti Massarii omnia fecisse et facere eorum offitio durante que per formam presentis
statuti disponuntur fieri debere per offitialem predictum de cuius offitio presens capitulum loquitur.
Qui offitialis semper ante initium sui offitii iuret et iurare debeat delato sibi
iuramento per cancellarium Comunis perusii suum offitium et omnia ad eius offitium pertinentia
bene sollicite et legaliter exercere. Qui offitialis vinculo iuramenti et ad
penam Centum librarum denariorum si negligens fuerit ad dictum offitium exercendum teneatur
et debeat diligenter inquirere videre et examinare quantitatem cartarum debitam
et necessariam in cancellaria Comunis perusii notariis dominorum Priorum artium et offitialibus
camere Conservatorum et Massariorum Comunis perusii et vernicis menistri et cere rubee
pro licteris sigillandis. Et similiter cartarum necessariam offitialibus super emptione
carnium et blade necnon notariis et offitialibus deputandis super colligendis et exi-
gendis collectis et gabellis datiorum et aliis honeribus Comunis perusii et quantitatem
predictarum rerum et cuiuslibet earum vel alicuius vel aliquarum ex eis dictis notariis et offitialibus
dare et tradere teneatur in oportuna et necessaria quantitate prout crediderit conveni-
re res predictas dictus offitialis emere teneatur in grossum vel ad minutum prout
utilius viderit pro Comuni. Qui offitialis sibi eligat et eligere possit et debeat
unum notarium quem voluerit qui scribat et in scriptis redigat introytus et
exitus dicti offitialis. Et habeant et habere debeat dictus bonus homo et notarius pro
uno quoque anno pro eorum salario Quinque florenos auri pro quolibet eorum quos possint sibi
solvere et retinere virtute presentis statuti de pecunia ad manus dicti offitialis
pervenienda ratione sui offitii.

 De facculis et candelis dandis religiosis et aliis personis per dictum offitialem. Rubrica.

Item teneatur et debeat dictus offitialis dare et tradere offitialibus Comunis perusii
facculas necnon religiosis personis candelas necessarias pro processionibus et lumi-
nariis faciendis secundum formam statutorum loquentium de luminariis super dictis
et omnes et singulas expensas facere que necessario fienda occurrerit pro predictis de qua-
cumque pecunia Comunis perusii ad eius manus ratione sui offitii pervenienda.

.Lv. De pecunia danda per Massarios offitiali super cartis vernice cera et aliis. Rubrica.

Et Massarii Comunis perusii teneantur et debeant de quacumque pecunia dicti Comunis ad
eorum manus pervenienda sine alio precepto vel mandato virtute presentis
statuti solum visa electione dicti offitialis ipsi offitiali dare et solvere
omnem quantitatem pecunie necessariam et expedientem pro predictis et occasione predictorum
ad requisitionem dicti offitialis pena Centum librarum denariorum pro quolibet eorum et qualibet
vice qua contrafecerit auferenda. Et de necessitate et expeditione pecunie et quan-
titatis expedientis stetur et credatur verbo dicti offitialis prestito per eum iuramento
Et quod de facculis et candelis dandis et erogandis per ipsum offitialem tempore

processionum et luminarium in officialibus et religiosis qui ad ipsa luminaria processionaliter accesserint. Statuitur et creditur scripture notarii dicti officialis et assertioni dicti officialis asserentis dictas faculas et candelas fore datas et erogatas officialibus et clericis supradictis. ¶ De aliis vero rebus supradictis quas dictus officialis dederit officialibus Communis Perusii ab eisdem refutatas sibi recipere teneatur. ¶ Et nullus alius officialis Communis Perusii in et pro dictis rebus emendis vel dandis vel pro expensis pro ipsis fiendis se valeat aliquatenus immiscere, et si aliquas expensas faceret pro predictis eis nullatenus admictantur.

De faculis dandis dominis prioribus artium, cancellario Communis Perusii et notario dictorum dominorum priorum in festo sancti Constantii. Rubrica.

Item statuitur quot quibus et quando facule debeant erogari, et ne ultra debitum numerum ipsarum facularum erogatio fiat statuerunt et ordinaverunt. In primis quod dictus officialis teneatur et debeat in vigilia

.Lvj. beati Constantii martiris dare et erogari dominis prioribus artium cancellario Communis Perusii et notario dictorum dominorum priorum duodecim faculas, videlicet unam pro quolibet eorum ponderis quatuor librarum pro qualibet dictarum facularum.

De faculis dandis capitaneis partis ghelfe et eorum notario, conservatoribus monete et massariis Communis Perusii, et de faculis et candelis dandis abbati monasterii sancti Petri et monacis ipsius monasterii, et de candelis dandis aliis clericis processionaliter ad ecclesiam sancti Constantii accedentibus. Rubrica.

Item capitaneis partis guelfe et eorum notario, conservatoribus monete Communis Perusii et massariis Communis Perusii unam faculam pro quolibet eorum ponderis

.Lvij. trium librarum. ¶ Item duos cereos seu dupleria in astis ponderis viginti librarum cere portandos, deferendos et relinquendos ad dictam ecclesiam sancti Constantii. ¶ Item abbati monasterii sancti Petri et monacis et clericis dicte ecclesie in dicto festo septem libras cere, videlicet pro domino abbate unam faculam ponderis unius libre, et sex libras in candelis. ¶ Item clericis et religiosis ad dictum festum qui processionaliter accesserint candelas consuetas in quantitate oportuna. ¶ Item in singulis processionibus quas capitanei partis guelfe fecerint et ire debent dictus officialis ad petitionem partis guelfe det et dare debeat unam faculam pro quolibet ponderis duarum librarum.

De faculis dandis dominis prioribus artium, cancellario et notario dictorum dominorum priorum, capitaneis partis ghelfe et eorum notario, conservatoribus monete et massariis Communis Perusii in vigilia translationis sancti Herculani. Rubrica.

Item teneatur et debeat in vigilia translationis gloriosissimi martiris sancti Herculani, quod festum celebratur die prima Martii, dare et erogare

.Lviij. dominis prioribus artium cancellario et notario dictorum priorum, capitaneis partis guelfe et eorum notario, conservatoribus monete et massariis Communis Perusii faculas in numero et pondere supradicto.

De candelis dandis clericis in festo predicto. Rubrica.

.LVIIII. Item det et dare debeat in dicto festo clericis et religiosis ad ecclesiam sancti Herculani more solito processionaliter accedentibus candelas in sufficienti et opportuno numero.

De facculis dandis in dicto festo capelle sancti Herculani ecclesie sancti Laurentii. Rubrica.

.LX. Item det et tradat in dicto festo capelle sancti Herculani ecclesie sancti Laurentii sexaginta facculas cereas ponderis quatuor librarum pro qualibet ardendas et comburendas in dicta capella ad laudem Dei et honorem martiris antedicti.

De facculis dandis in festo predicto fratribus sancti Dominici. Rubrica.

.LXI. Item in festo predicto fratribus sancti Dominici sex facculas ponderis quatuor librarum pro qualibet earum ardendas et comburendas ad divina offitia.

De facculis dandis domino Nicole Cecholi in dicto festo. Rubrica.

.LXII. Item det et dare debeat domino Nicole Cecholi capellano capelle sancti Honofrii site sub volta campi battalie et successori eius in dicto festo omni anno quinque libras candelarum.

De facculis et candelis dandis dominis prioribus artium et clericis et fratribus sancti Dominici in festo ascensionis domini nostri Yhesu Christi. Rubrica.

.LXIII. In festo ascensionis domini nostri Yhesu Christi dictus offitialis teneatur et debeat dare dominis prioribus artium civitatis Perusii decem facculas ponderis quatuor librarum pro qualibet dandas offerendas et relinquendas ecclesie Maiestatis de volta et duo torticia seu dupleria in astis ponderis sedecim librarum cere relinquenda ut supra. ¶ Item det clericis et religiosis ad dictam ecclesiam in dicto festo processionaliter accedentibus candelas in sufficienti et opportuno numero. ¶ Item fratribus sancti Dominici in dicto festo quatuor facculas ponderis quatuor librarum pro qualibet earum.

De facculis dandis dominis prioribus artium et quibusdam aliis in festo indulgentie que est apud ecclesiam sancti Dominici. Rubrica.

LXIIII. In festo indulgentie que est apud ecclesiam sancti Dominici de mense Augusti dictus offitialis det dictis dominis prioribus, cancellario, notario dictorum priorum, capitaneis partis guelfe et eorum notario, conservatoribus monete et massariis communis Perusii facculas in numero et pondere ut supra in festo beati Herculani. **De facculis dandis in dicto festo fratribus sancti Dominici et candelis dandis clericis. Rubrica.**

.LXV. Item candelas pro clericis et religiosis in numero opportuno. ¶ Item fratribus sancti Dominici sex facculas ponderis quatuor librarum pro qualibet accendenda ad divina offitia.

De facculis dandis dominis prioribus artium et certis aliis in festo

assumptionis gloriose virginis Marie et de candelis dandis religiosis. Rubrica.

.Lxvi. In festo assumptionis gloriose virginis Marie quod celebratur apud ecclesiam sancte Marie de monte lucido dictus officialis teneatur et debeat dare dictis prioribus artium cancellario et notario ipsorum dominorum priorum capitaneo partis guelfe et eorum notario conservatoribus monete et massariis communis perusii faculas in numero et pondere supradictis. Item candelas predictis religiosis et clericis in numero sufficienti. Item dicte ecclesie seu monasterio sancte Marie de monte lucido duodecim faculas ponderis quatuor librarum pro qualibet earum offerendas et relinquendas monasterio supradicto. De facculis dandis dictis prioribus in octava dicte gloriose virginis et de candelis dandis religiosis. Rubrica.

.Lxvii. In octava assumptionis dicte beate virginis dictus officialis debet exigere dictis prioribus artium civitatis perusii duodecim faculas ponderis quatuor librarum pro qualibet facula quas deferre teneantur ad processionem fiendam a loco Marescatis de Volta ad ecclesiam sancte Marie servorum sub pena ducentarum librarum pro quolibet eorum ad perpetuam memoriam felicis victorie a deo patri beate virginis concesse populo perusino contra Rebelles communis perusii in castro Turri reclausos et obsessos per populum perusinum. De quibus faculis dentur Marescatis de Volta quatuor reliquas octo deferantur et relinquantur penes fratres sancte Marie servorum in divinis officiis comburendas. Item det et dare debeat clericis et religiosis ad dictam processionem accedentibus candelas in sufficienti numero. Ad quam processionem ire possint et debeant religiosi sicut consueverunt ire ad alias processiones. Et quod camerarii quarumlibet artium civitatis perusii ad penam ducentarum librarum denariorum pro quolibet teneantur et debeant ad dictam processionem sepulture singulis annis accedere et deferre unam faculam ponderis duarum librarum pro quolibet dictorum camerariorum expensis sue artis et ipsam dare et relinquere penes dictam ecclesiam fratrum sancte Marie servorum ad dictam penam dicto per maiorem Symdiamm auferendam.

De faculis dandis dictis prioribus artium in festo sancti Lodovici et de .xxv. libris dandis fratribus minoribus

.Lxviii. In festo beati Lodovici dictus officialis teneatur et debeat dare et det dictis prioribus artium supradictis decem faculas ponderis quatuor librarum pro qualibet offerendas et relinquendas ecclesie sancti Francisci de perusio. Ad quam ecclesiam in dicto festo dicti domini priores ad honorem beati Lodovici personaliter accedere teneantur. Item dictus officialis det et solvat et solvere teneatur et debeat in festo predicto sancti Lodovici fratribus minoribus sancti Francisci loci de perusio pro una pietantia seu recreatione singulis annis dictis fratribus faciendam vigintiquinque libras denariorum.

De facculis dandis dominis prioribus artium in festo decollationis gloriosissimi martiris sancti Herculani. R(ubric)a.

.Lxviiij. In festo decollationis gloriosissimi martiris sancti Herculani teneatur et debeat dare dictis dominis prioribus decem facculas ponderis trium librarum pro qualibet offerendas et relinquendas capellano superiori ecclesie sancti Herculani posita in porta sancti Petri, ad quam ecclesiam dicti domini priores personaliter accedere teneantur. De facculis et candelis dandis capellanis capellarum sancti Herculani in ipsius processionibus. Et de duobus tortitiis et .iiij. facculis dandis rectori ecclesie sancti Martini de Viridario in dicto festo. R(ubric)a.

.Lxx. Item teneatur et debeat dare infrascriptis capellanis in singulis processionibus que fiunt in festivitatibus sancti Herculani, sancti Constantii, assumptionis beate Marie, et ad ecclesiam sancti Dominici tempore indulgentie, et in processione que fit ad locum maiestatis de Volta in festo ascensionis domini nostri Yhesu Christi candelas et facculas infrascriptas.

In primis capellano capelle superioris ecclesie sancti Herculani porte sancti Petri unam facculam ponderis trium librarum, et duas libras candelarum. ¶ Item capellano capelle inferioris dicte ecclesie unam facculam eiusdem ponderis et duas libras candelarum. ¶ Et capellano capelle sancti Herculani site in ecclesia sancti Laurentii unam facculam ponderis trium librarum et duas libras candelarum. ¶ Item teneatur et debeat dare rectori ecclesie gloriosissimi confessoris sancti Martini de Viridario annuatim in dicto festo ipsius sancti viginti libras cere in duobus tortitiis fiendis cum astis, et decem libras cere in quatuor facculis dandis, relinquendis ipsi ecclesie pro lumine ad divina officia faciendo.

De facculis dandis dominis prioribus artium in festo beati Augustini. R(ubric)a.

+ Lxxi. Item teneatur et debeat dare dictis dominis prioribus in festo excellentissimi et gloriosissimi doctoris sancti Augustini quod est de mense Augusti singulis annis pro lumine pro divino officio celebrando duodecim facculas ponderis quatuor librarum pro qualibet cera dandas deferendas et relinquendas apud ecclesiam sancti Augustini de porta sancti Angeli, ad quod festum accedere debeant ipsi domini priores et cum eis potestas, capitaneus et alii officiales communis Perusii. De facculis dandis maiestati de Volta in qualibet processionum sancti Constantii, sancti Herculani, sancti Dominici et sancte Marie. R(ubric)a.

.Lxxii. Item teneatur et debeat dare et dare loco maiestatis de Volta pro illuminando dictum locum in qualibet processionum seu luminariorum que fiunt ad ecclesiam sancti Constantii, sancti Herculani, sancti Dominici et sancte Marie de Monte Luce duas facculas cere ponderis quatuor librarum pro qualibet faccula. De candelis dandis disciplinatis sancte Marie fratrum deferentibus tabulam figurationis in vigilia et octava Assumptionis beate Virginis. R(ubric)a.

.Lxxiii. Item teneatur et debeat dare et dare confratribus et disciplinatis fraternitatis sancte Marie fratrum deferentibus et deferre debentibus tabula

salvatoris et gloriose virginis in vigilia festi assumptionis beate
virginis et in octava dicti festi singulis annis quindecim libras
candelarum.

De quantitate debenda fratribus Societatis qui deferunt figuram beati Herculani. Rubrica.

.lxxiiii. Item decrevit quod fratres de societate Sancti [illegible] vel aliis de alia
communitate qui quando portaverint figuram beati Herculani
in festo translationis Sancti Herculani decem libras denariorum
singulis annis.

De electione et electoribus potestatis et capitanei ancianorum syndicorum et iudicis iustitie
et aliorum offitialium forensium communis Perusii. Rubrica.

.lxxv. Ad hoc ut electio dictorum potestatis et capitanei ancianorum syndicorum et iudicis iusti-
tie et aliorum offitialium forensium communis Perusii fiat et fieri debeat pure et sincere
rationabiliter et sine aliqua suspitione procedat et non ad aliquam singularis personae
petitionem ordinaverunt et statuerunt ac etiam reformaverunt quod tempore quo fiet reno-
vatio sacculorum dictorum priorum et aliorum offitialium eligendorum et mictendorum ad
regimina pro communi Perusii boni homines qui eligentur tempore predicto ad faciendum
electionem predictam per modum sacculorum et facient sacculos predictorum offitialium quod ipsi
sic electi mictantur et debeat sacculum facere et insacculare duos comitatinos bonos
et ydoneos de porta in portam ita quod unus sit de una porta et alter de altera.
Salvo quod pro electione facienda de capitaneo custode dictorum priorum artium debeant
insacculare unum tantum bonum et ydoneum comitatinum cum uno notario de por-
ta in portam ut dictum est ita quod quelibet porta insacculatos habeat equaliter et una
non possit plus habere quam alia et statutum sit si insacculabuntur et trahentur de saccu-
lo ad venturam de una porta pluribus vicibus nichilominus valeat et teneat dicta
extractio non obstante quod non veniret una porta post aliam. Et etiam
mictantur et debeat insacculare notarios et de notariis sacculum facere. Et
simili modo sacculus fiat de syndicis qui debent ire cum dictis bonis hominibus de por-
ta in portam nec tamen si successive trahentur plures de eadem porta vitietur
ut supradictum est qui debeat extrahi de sacculo una cum predictis bonis hominibus
qui extrahentur. Interim vero donec fiat dicta renovatio sacculorum accedat cum
electoribus predictis notariis et nuntiis dictorum priorum more solito non obstante aliquo
sacculo preceduali si quis alius quod tempore generalium sacculorum factus esset de notariis et
syndicis mictendis cum electoribus supradictis quem irritamus et cassamus in totum. Qui
electores debeant eligere et potestatem habeant eligendi illum offitialem ad quem eli-
gendum publicati fuerint. Et procedere debeant electores modo et ordine isto videlicet quod in
continenti quod extracti fuerint de sacculo cancellarius communis Perusii mictatur et debeat
tenere secreta nomina sic extractorum de sacculo et infra tres dies per eos mictere secre-
te et ipsos iurari facere [illegible] quod nemini manifestabunt electionem eorum et faciat
eos iurare et acceptare [illegible] predictam et mandare eis sub vinculo iuramenti
quod infra decem dies a die acceptationis debeat equitasse extra comitatum Perusii.
Et ne aliqua habere possit excusationem teneantur massarii communis Perusii ad
eorum mandatum dicti cancellarii mictere et dare salarium quod habere debent dicti offitiales

infra sex dies sine aliquo alio precepto vel mandato ad dictum Cancellarium seu
illi cui dictus Massarius mandaverit cancellarius sub pena ducentarum librarum denariorum auferen-
da a dicto Massario per Syndicum Maiorem ad petitionem cuiuscumque petentis et etiam
dicti Cancellarii. et de hoc credatur dicto dicti Cancellarii quod Massarius non dederit dictum
salarium per dictos offitialibus mittendis sine alia probatione. quo dicto sic acceptato
dictus Cancellarius teneatur eis debeat secrete per omnem viam qua cognoverit se-
cretius posse fieri. et fieri facere assignationem et extimationem equorum quos ducere
debebunt per se vel suum coadiutorem seu alium cui idem commiserit Cancellarius ita
quod nullus scire possit possit. et ipsos faciat iurare quod electionem facient de me-
lioribus et ydoneoribus que invenerint vel invenire poterunt secundum eorum conscientiam. Et quod ali-
quem non eligent ad petitionem vel ad rogamina alicuius persone cuiuscumque conditionis vel sta-
tus existeret. et quod infra dictum tempus decem dierum exibunt de Civitate et contatu
perusii. Qui electores notarius et Syndicus ad electionem presentandam
accepte per eis legis exire debeat Civitatem et comitatum perusii infra dictum tempus
ut dictum est sub pena Quingentarum librarum denariorum dictis tribus hominibus notario et Syndico
in qua pena si incurrerit Maior Syndicus Civitatis perusii ipsos debeat condep-
nare. Et nullus qui extractus fuit de predictis possit loco sui alium
substituere nec aliquis alius etiam offitialis Comunis perusii possit alium loco ali-
cuius predictorum substituere nisi ex causa mortis gravis infirmitatis vel absentie ita
quod haberi non possit in quibus casibus possint domini priores artium una cum Triginta
Camerariis de quibus viginti sint in concordia misso partito ad bussolas et fabas
alium loco talis mortui infirmi vel absentis eligere. que eligere debeant
infra tres dies a die quo extractus fuit de sacculo talis mortuus infirmus
vel absens qui negligentes fuerint in penam incidat Centum librarum denariorum pro
quolibet dictorum dominorum Priorum et Camerariorum. et de hoc debeat expresse syndicari.
Volumus etiam quod tales sic extracti ad electionem predictam faciendam et eorum
notarius debeant et teneantur secum ducere duos equos pro quolibet. Syndicus vero
unum et ipsum quousque reversi fuerint secum habere. et qui non duxerit vel non
tenuerit ut dictum est incidat in penam Centum librarum denariorum pro quolibet equo quem
non duxerit et non tenuerit. Et teneatur Maior Syndicus de hoc inquirere per
sacramentum et ab eis veritatem exquirere. et si invenerit ipsos vel aliquem
ipsorum in hoc peccasse in dictam penam pro quolibet eorum condepnare Comuni perusii persolven-
dam. Et qui extracti fuerint ad electionem Potestatis vel Capitanei faciendam
infra viginti dies. et illi qui fuerint extracti ad faciendum electionem aliorum
offitialium forensium infra Quindecim dies computandos a die qua exiverint
de Civitate perusii debeat elegisse. De qua electione a die presentationis dicte electionis
fiende infra tres dies responsionem possint expectare et non ultra. Et de pre-
sentatione acceptatione vel renuptiatione per dictum notarium fieri debeat publicum instru-
mentum. et si acceptaverit ille cui fuit presentata instrumentum acceptationis teneatur
et debeat facere et in publicam formam Cancellario Comunis perusii infra tres
dies a die reversionis sue debeat portare. sub dicta pena Centum librarum denariorum.
Teneantur etiam dicti tales electores et notarius a die acceptationis redire ad

Civitatem Perusii infra quam brevius temporis commode redire poterit. Et habeat et habere — No.
debeat quilibet predictorum qualibet die pro quolibet equo quem tenuerit ut dictum est medium
florenum auri et non ultra. Quae quantitas debeat solvi per massarios Communis Perusii
viso precepto dicti Cancellarii ut dictum est. Et si contingeret dictos electores
non fore electos redire, eo casu priores et camerarii ut dictum est debeant de novis
electoribus electionem facere modo supradicto et secrete, qua facta debeant ipsam dicto
Cancellario dare ut procedat modo supra scripto.

De offitio Maioris Syndici et eius salario. Rubrica.

Ad hoc ut Commune Perusii pro salariis offitialium diversorum et etiam in conducte dominorum
pro civitatibus ipsorum offitialium nimium non gravetur et pecunia in Communi conservetur,
statuerunt et ordinaverunt quod offitium Maioris Syndici et Vallis conservatoris
LXXVI. et Capitanei custodie Civitatis et burgorum, et offitium Iudicis Iustitie et appella
tionum et dapnorum datorum ex nunc ante presentis legis intelligantur esse et sint
unita et per unum regi, gubernari et exerceri debeant et non per plures. Et qui ad
dicta offitia conservanda eligetur sit Maior Syndicus Vallis conservator Capitaneus
custodie Civitatis et burgorum Iudex Iustitie et appellationum et offitialis dap
norum datorum et nullitatum et reductionum arbitrorum ad arbitrium boni viri et
Capitaneus generalis custodie Civitatis Perusii. Que offitia exercere possit teneatur et
debeat secundum leges et statuta loquentia et disponentia de dictis offitiis. Et habeat et habere
debeat pro suo salario septingentos quinquaginta florenos auri de sex mensibus
in sex mensibus et non plures. Et stare debeat in Civitate Perusii cum offitialibus
familiis infrascriptis. In primis habere debeat unum Iudicem doctoratum
de cuius insigne doctoratus fidem facere debeat infra octo dies a die initiati
offitii computandos coram Cancellario Communis Perusii vel coram Conservatoribus mone
te dicti Communis. Item habere debeat duos socios expertos et sufficientes et octo expertos
notarios et triginta famulos, de quibus triginta famulis quatuor sint do
micelli, et quatuor equos quorum tres sint armigeri valoris triginta flor —
auri ad minus pro quolibet, alter non ad minus octo florenorum auri. Cum quibus
offitialibus familiaribus et equis teneatur et debeat stare in Civitate Perusii ad dicta
offitia sollicite et fideliter exercere per dictum tempus sex mensium et continuam iustitiam
facere in quolibet dictorum offitiorum servando formam in omnibus dictis offitiis dictorum statu-
torum Communis Perusii. Item ordinaverunt et providerunt quod electio predicti Maioris
Syndici Iudicis Iustitie et dapnorum datorum et aliorum offitiorum fiat et fieri debeat
per duos bonos homines de quolibet Perusino qui extrahi debeat de sacculo, et cum eis
unus notarius qui etiam de sacculo extrahatur, de quo sacculo extrahi debet
notarius qui ire debet cum electoribus Potestatis et Capitanei. Et eligant et eligere
debeat Militem vel Nobilem virum et de plena universitate guelfum et de vera parte
guelfa. Et quod non possit eligi nec esse de aliquo loco qui sit prope confinia Civitatis
et comitatus Perusii per quadraginta miliaria, cuiusque offitiales per triginta, nec
de illis terris de quibus tunc esset Potestas vel Capitaneus dicte Civitatis. Et stet
et stare debeat finito suo offitio ad syndicatum ipse et sui offitiales et familia in
Civitate Perusii per sex dies continuos ad reddendum rationem de suo offitio et

administratore tam per se quam per suos notarios et eius familia et sexta decima decem dierum debeat
fieri summa per dictos syndicatores ad penam qua tenentur sui syndicatores potestatis et
Capitanei. Qui maior syndicus Judex Justitie et dapnorum datorum syndicari
debeat per duos bonos homines cum notario de quibus debeat fieri sacchettus et per
viam sacchetti eligantur. Qui syndicatores ipsum syndicare debeant et suos offi-
tiales et familiares de hijs de quibus syndicari debet secundum formam sue electionis. Et
dictis syndicatoribus liceat sit eligere unum consultorem. Qui habeat et habere debeat
a massario Communis pisani pro suo salario duos florenos auri vista sua electione et sine alia
apodixa precepto vel mandato. Et sic observetur de syndicatoribus consultoribus et notarijs
durante predicto sacculo et eo non finito insacculetur consultor unacum syndicatoribus et
notario supradictis. Qui syndicatores et notarius habeant et habere debeant a massario
Communis pisani ut dictum est pro eorum salario quinque libras denariorum pro quolibet eorum pena dicto massa-
rio si infra tres dies post finitum offitium syndicatus non solverit quinquaginta
librarum denariorum eis auferenda de facto per eorum syndicatorem. Et si inventum fuerit ipsum
vel eius Judicem notarium vel aliquem de sua familia aliquid extorsisset seu illicite re-
cepisset ultra salarium supra scriptum puniatur et condepnetur in quadruplum Communi
pisano applicando et in restitutione eius quod ultra salarium recepit facienda illi
a quo receptum fuerit accepisse. Et omnes leges que loquuntur de syndicatu pote-
statis et Capitanei locum habeant et observentur in syndicatu maioris syndici et Ju-
dicis Justitie Capitanei et dapnorum datorum. Salarium vero dicti syndici ei solvatur
in hac forma et non aliter ullo modo scilicet in principio sui offitij tertia pars salarij et
in medietate temporis eius offitij alia tertia pars. alia tertia pars penes conser-
vatores monete Communis pisani remanere debeat. quam dicti conservatores penes se
teneant in sequestro paratam usque ad finem sui syndicatus et cetera

Distinctio miliariorum in qualibet porta. Rubrica.

Item Cum ex forma presentium statutorum sit attributa iurisdictio cognoscendi de
.lxxvij. dapnis datis Judici dapnorum datorum intra tria miliaria propinqua novis
portis suburgorum Civitatis pisane et sepius oriatur questio quo dicta
miliaria protendantur et usque ad que loca ut non possit admodo teneri. Ordi-
namus quod miliare sit et esse intelligatur mille passuum. Et quod massarij Communis
pisani infra tres menses post presentium statutorum publicationem teneantur eligere
mensuratores et mensurari facere tria miliaria in qualibet porta mensurando a
dictis portis novis suburgorum extra usus civitatem pisanam. et in fine cuiuslibet
miliaris fieri faciant unam pilastrum bene muratam cum lapidibus arena et calce
et sit octo pedibus alta et in capite sine firmitate cuiuslibet ex dictis pilastris fiat
et ponatur una crux lapidea in dictis pilastris bene conficta ita quod bene possint
dicte pilastre ab omnibus transeuntibus videri et inspici expensis Communis pisani. et
quod pro predictorum expeditione ipsi massarij possint et debeant solvere et dare magistris et
manualibus et mensuratoribus. et pro calcina et arena ac alijs ad predicta necessarijs
et oportunis illam quantitatem pecunie que eis indebitur convenire et de qua
cumque pecunia dicti Communis ad eorum manus pervenerit seu pervenienda et sine aliquo alio
precepto vel mandato. et quod ab una pilastra usque ad aliam pilastram intelligatur
et sit miliare in qualibet porta prout distinctum erit per pilastras. et pena dictis

no. salarium consultorum ad consulendum
syndicatus maioris syndici et
salarium ipsorum syndicatorum

massar͞is negligentib; et p͞dcā no͞ expedientib; ut d͞cm est Centum lbr d͞en p
quolȝ eorum | de quib; expsse debeat syndicari p eorum syndicatorem tp̄re eorum syn-
dicatus | Aliquo in contrarium loquente no͞ obstante

Q͞o Maior syndicus sit offitialis sup arcediis ⁊ viis | et quibusdā aliis. R͞ca.

.Lxxviij. ITem Statuimus | Q͞o d͞cus Maior syndicus sit ⁊ esse intelligatur offitialis
sup arcediis ⁊ viis | Qui offitialis hāt ⁊ hre intelligatur plenam Jurisdictionem
auctem ⁊ arbitriu sup omib; ⁊ singlis que in infrascr͞is capl͞is denotantur |
Et sit exequtor ⁊ Judex sup omib; hiis que inferius continetur | ITem Sta-
tuimus ⁊ ordiam ad hoc ut ista ordiamta ⁊ statuta p d͞cm offitialem exequ-
tioi mandentur ⁊ inviolabilr obs͞uentur | Q͞o ad petitoem ul instantiam d͞nor
Prior artiu Ciuitatis pusij ul alicuī eorum | ul eorum notariī sive alterius offitialis
aut cuiuscūq psone cuiuscūq status dignitatis ul condictois existeret d͞cus offitialis
nullam gratiam faciat nec facere possit in pretermictendo exequtoem sui offitij
s͞cm formam d͞cor statutor in aliqua parte | pena | Centum lbr d͞en in qua p
syndicatores suos tp̄re syndicatus debeat condempnari | Et quilȝ possit ipm accu-
re ⁊ habeatur medietatem banni p͞dci. Et de hoc d͞cus offitialis debeat spialr syn-
dicari p suos syndicatores | pena | Centum | lbr d͞en d͞cis syndicatorib; immnete
si fuerit negligentes in p͞dcis | Et de hoc d͞ci syndicatores debeat expsse syn-
dicari | Et ad pbandum q d͞cus offitialis fecerit gratiam sufficiat pbatio de publica
voce ⁊ fama.

De coronis no͞ portandis et froncalib; ul ghirlandis. R͞ca.

.Lxxviiij. ITem Statuimus | Q͞o nulla mulier cuiuscūq status ⁊ condictois existat audeat
ul psumat portare ul hre in capite aliqua corona de auro ul argento cu
gemis ul lapidib; ul plis ornatam ul no͞ ornata | possit tn ⁊ eis liceat in
capite portare ⁊ here froncale ul ghirlandam de plis arlegatuinas ⁊ alia quo-
cūq mo ⁊ de quacūq materia no͞ tn in forma corone usq ad costum ⁊ valorem
octo flor auri et no͞ ultra | no͞ computatis velectis | contrafaciente aut cuilȝ ⁊ p qualȝ
vice qua contrafacere repiretur pena auferatur | viginti quinq | lbr d͞en | cui me-
dietas sit Cois pusij | et quarta pars sit accusatoris | et alia quarta pars sit offitia-
lis qui d͞cam penam venire fecerit in coi | Et si no͞ fuit accusator medietatem de
pene hāt offitialis p͞dcus | alia uō pars sit Cois pusij. De perlis lapi-
dibus fregiaturis de auro ⁊ argento ⁊ schiagialib; no͞ portandis. R͞ca.

.Lxxx. ITem q nulla mulier cuiuscūq etatis ul condictois existat audeat ul psumat
portare ul hre sup vestimtis quibuscūq aliquas plas ul aliquos lapi-
des p̄tiosos | possit tn ipune hre sup vestimtis fregia de filo de auro ul
de argento que sint valois ad plus triu flor auri | silȝ fregia que sint in
vno panno seu vna veste | et portare ⁊ hre monilia de argento deaurato ul
no͞ et in quacūq forma admanicas et bectonaturas que no͞ excedat pondus
vnius libre | seu costum ⁊ valorem | novem | flor de auro | liceat tn d͞cis mulie-
rib; portare cingulum sive schiagiale costi ⁊ valois | decem | flor auri ad plus
et abinde infra | et no͞ maiois ptij ⁊ ponderis vni libre ad plus in quo non
sint ple nec lapides p̄tiosi | Sub pena viginti quinq lbr d͞en p qualȝ vice
qua contrafecerit in p͞dcis ul aliquo p͞dcor | cui pene medietas sit Cois pusij |

aliam medietatem habeat offitialis predictus si non supervenerit accusator. Si autem supervenerit accusator tunc quartam partem de pene habeat accusator et aliam quartam partem habeat offitialis predictus.

De velluto et drappis non portandis. Rubrica.

.lxxxi. Item quod deinceps nulla mulier portare possit in dorso vel ad dorsum vestimentum vel mantellum de velluto sive samito aurato vel non aurato sathani vel camuca, sub pena viginti quinque librarum denariorum pro vice qualibet qua contrafecerit in predictis vel aliquo predictorum. Dummodo si pluribus vicibus inventa esset una et eadem die non debeat condempnari nisi pro una vice tantum. Et possit in guarnacchias et mantellos fulcitos de sindone sive taffito portare, et etiam guarnaciatas seu iuppas de dictis sindone sive taffito et mantellos de ciambelocto. Dummodo aliquis mantellus non excedat costum vel valorem viginti quinque florenorum auri; et quilibet possit accusare de contentis in presenti capitulo et aliis duobus capitulis proxime precedentibus et lucretur quartam partem pene predicte et teneatur sibi credentia probando per unum testem. Et possit dictus offitialis procedere cum promotore et sine promotore ad denumptiationem cuiuslibet et ad relationem notarii dicti offitialis, cuius notarii relatio pro plena probatione habeatur. Et quando dictus offitialis procederet per accusatorem tunc habeat dictus offitialis quartam partem pene quia venire fecerit in comuni. Et quando procederet ex offitio vel ad relationem sui notarii habeat dictus offitialis medietatem pene predicte.

De anulis non portandis nisi ad numerum trium. Rubrica.

.lxxxii. Item possint portare dicte mulieres anulos in digitis cuiuscumque materiei et valoris octo florenorum auri impune usque ad numerum trium inclusive et non ultra. Contrafaciens vero puniatur in centum solidis denariorum pro qualibet vice et quolibet anulo.

De mulieribus euntibus ad maritum non liceat habere vel portare nisi duas robas honorabiles tantum. Rubrica.

.lxxxiii. Item statuimus et ordinamus quod nulli mulieri que deinceps maritaretur vel maritata esset que nondum ad virum accessit liceat habere vel portare nec eius nomine emi per maritum possit quoquo modo directe vel per obliquum aliquo colore quesito nisi duo paria pannorum honorabilium pannorum novorum, que duo paria scribi debeant et assignari offitiali predicto antequam ad virum accesserit, et alios pannos honorabiles ultra predictos portare non possit. Contrafaciens vero puniatur in viginti quinque libris denariorum.

De quibusdam rebus non donandis vel presentandis per consanguineos occasione alicuius parentele. Rubrica.

.lxxxiiii. Et etiam ordinamus quod non possit nec debeat pro parte viri alicuius vel patris matris avi vel cuiuscumque consanguinei vel affinis mariti vel alterius cuiuscumque persone occasione alicuius parentele nuptiarum salutarum sive mance vel alia quacumque de causa dari donari vel presentari aliquis schiagialectus schiagiale bursia corona pannum lini nec lane, carnes capones nec aliquid aliud quocumque nomine censeatur vel nuncupetur directe vel per obliquum, pena cuilibet contrafacienti et vice qualibet viginti quinque librarum denariorum. Et econverso pro parte uxoris vel alicuius sui consanguinei vel alterius persone observetur et fiat sub dicta pena. Dummodo predicta non vendicent sibi locum in pannis schiagialetto sive schiagiali et bursia et calciamentis foncalibus

ghirlandis, anulis dari et mitti solitas ad dorsum et usum uxoris tamen tempore quo ipsa
uxor accedere debet ad maritum et non alio tempore, non tamen scendendo predicta valorem
contra formam supradicti capitulorum, nec bursia predicta tamen scendat valorem duorum flor.
auri, possit tamen maritus in festo Nativitatis domini mictere et donare uxori usque
in quantitatem duorum flor. auri vel valorem rerum in rebus tamen non vetitis per formam
aliarum capitulorum statutorum in presenti volumine contentorum. Et pro observatione presentis
capituli ordinamus quod quilibet notarius qui rogatus fuerit de contractu matrimonii cuius
dotes ascendant usque ad quantitatem ducentorum flor. auri supra teneatur et debeat
dare in scriptis dicto offitiali nomina promictentis seu promictentium et recipientis
seu recipientium dotem promissionem infra octo dies a die celebrati contractus pena
Centum libr. den. Qui offitialis teneatur et debeat ipsa nomina facere registrari et infra
quindecim dies immediate sequentes dictos sic registratos requiri faciat et citari
et eis deferat iuramentum quod presens capitulum et contentum eo debeant observare sub
dicta pena. De recusantibus vel fugientibus vel celantibus se a dicto
offitiali et eius familia et nomen suum. Rubrica.

Lxxxv. Item ordinamus quod si qua mulier inventa negaverit vel recusaverit vel aufugerit
quominus offitialis dictus et per predictas possit ipsam videre vel nomen suum celaverit
quominus sciri possit an in dictas leges vel aliqua ipsarum fraudem commiserit
ex nunc habeatur pro confessa de hiis de quibus notarius vel aliquis alius de familia-
ribus dicti offitialis dicto offitiali retulerit et denumptiaverit contra aliqua predictarum legum
fecisse. De modo pene solvende per mulieres, et qualiter alii pro
eis compellantur et solvant. Rubrica.

Lxxxvi. Item ordinamus quod si aliqua mulier deinceps contra predictas leges vel aliqua ipsarum
venerit et ex hoc condempnata erit pena qua pro sua condempnatione solvetur si ma-
ritus eam solverit vel solvi fecerit detrahatur de dote dicte mulieris tantum quanti
solutum fuerit. Et tempore restitutionis dotis si casus restitutionis contingerit maritus
vel eius heredes tanto minus de dote restituere teneantur quantum fuerit solutum.
Et iudex qui habebit exequi instrumentum restitutionis dotis in ea quantitate que solu-
ta fuerit occasione predicta executionem facere non possit nec debeat pena vigintiquinque
libr. den. Et ad maiorem quantitatem solvendam compelli non possint. Et quod vir
et alii de domo in qua habitaret talis mulier et eorum bona possit et debeat pro predictis
et ad solvendum dictas penas realiter et personaliter cogi et compelli ab offitiali predicto. De arbitrio dicti offitialis intrandi domos
de quibus mortui extraherentur vel in quibus convivia fierent contra formam capitulorum. Rubrica.

Lxxxvii. Et ut etiam predicta melius executioni mandentur ordinamus quod liceat sit et permissum
eidem offitiali eiusque notariis et familiaribus intrandi domos de quibus mor-
tui exierint et si aliquis remanserit contra suprascriptam formam. Et etiam domum
in qua convivium fieret seu fieri diceretur. Et nulli liceat tali offitiali vel eius
familie domum claudere sed eis statim aperire cum ad domum accesserit pena decem
libr. den. pro vice qualibet cuilibet non aperienti auferenda, et inquisitionem facere si
contravenctum fuerit in predictis, non tamen intrare possit domum aliquam nocturno
tempore. De arbitrio et modo procedendi contra culpabiles in quibuscumque
contentis in statutis huius libri. Rubrica.

Lxxxviii. Item dictus offitialis possit teneatur et debeat compellere omnes illos qui reperirentur cul-
pabiles de aliquibus contentis in suprascriptis capitulis ordinamentis vel aliquo eorum
ex suo offitio et ad petitionem cuiuslibet procedere summarie et de plano et sine strepitu
et figura iuditii sine iuris sollempnitate et substantia iuditii observata vel non.
Et exequtiones que occurrerint faciende facere de facto sine aliquo processu vel sententia.

De parte solvenda pene quam offitialis predictus venire fecerit in Comuni. Rubrica.

Lxxxviiii. Item quod offitiales et Massarii Comunis Perusii teneantur et debeant eidem offitiali dare et
solvere quartam partem totius quantitatis pene quam venire fecerit in Co-
mune tempore sui offitii predicti et ipsi tantum ad petitionem ipsius offitialis sub dicta pena ipsi
Massarii suo solverint et dederint ut dictum est sine alio precepto vel mandato ex parte
alicuius offitialis Comunis Perusii vel aliqua sollempnitate. De custodibus secretis
eligendis ad denumptiandum delinquentes contra formam presentium statutorum. Rubrica.

Lxxxx. Item ne aliqui vel alique mares vel femine in predictis vel aliquo predictorum delin-
quentes transeant impuniti et ut contra delinquentes et contrafacientes in predictis
vel aliquo predictorum in suprascriptis capitulis vel aliquo predictorum contentis singularum personarum
fiat exactio statuerunt ordinaverunt et reformaverunt quod cancellarius Comunis Perusii vinculo
iuramenti et ad penam Centum librarum denariorum sibi de suo salario si contrafecerit pro vice
qualibet auferendam teneatur et debeat eligere seu eligi facere denumptiatores secre-
tos de sex mensibus in sex menses usque ad numerum quinquaginta vel decem pro qualibet
porta et ipsos custodes et ipsorum nomina dare in scriptis dicto offitiali supradictis. Qui
denumptiatores cogantur acceptare offitium supradictum et iurent ad sancta dei evan-
gelia corporaliter tactis scripturis coram dicto offitiali ipsum offitium bene et legaliter
exercere. Qui custodes teneantur et debeant vinculo iuramenti omnes et sin-
gulos homines personas mares et feminas quos et quas invenerint viderint vel sciverint
contrafacere vel venire in predictis vel aliquo predictorum in suprascriptis capitulis vel aliquo
predictorum contentis vel contente in scriptis dare et incappare in quadam cappa fienda
si factus non sit in palatio habitationis dicti offitialis ponendo clare nomen et
pronomen delinquentis et portam et parrocchiam unde est et declarare id in quo
deliquid et contrafecerit et quo die. Et ne in dicta cappa per alium quam per dictos custodes
aliquis valeat incappari et ut sciatur qui per ipsos custodes extiterint incappati
quod dictus offitialis teneatur et debeat cuilibet dictorum custodum tempore quo acceptat offitium
unum nomen quod talis custos scribere et ponere teneatur in qualibet cedula qua in
dicta cappa immiserit de aliquo contrafaciente. Et quod in dicta cappa ponantur et assignentur
due sere cum duabus clavibus quarum clavium unam habeant Massarii Comunis Perusii
aliam vero habeat offitialis predictus et quolibet die sabbati supradictus offitialis et dicti
Massarii teneantur et debeant aperire dictam cappam et cedulas repertas in dicta cappa
nomine dictorum Massariorum immediate debeat registrare et ipsas penes offitialem predictum
relinquere. Qui offitialis teneatur et debeat incontinenti procedere contra tales in-
cappatos vel incappatas et ipsos et ipsas punire et condempnare secundum formam in dictis
capitulis declaratam vel predictorum aliquo infra decem dies a die qua ipsas cedulas
in ipsa repierit pena tamen offitiali quam Massariis et eorum notario si contrafecerit vel negli-
gentes extiterint in predictis Centum librarum denariorum a negligente vel contrafaciente quolibet

p vice qualibet

p(ro) p(re)tio qual(iter) auferenda t(em)p(o)re sui syndicatus p(er) Co(mun)i. Et q(uod) d(i)c(t)e cedule, quel(ibet) earu(m) p(ro) plena p(ro)batione in om(n)ib(us) h(ab)eat(ur). Et q(uod) nulla ex d(i)c(t)is cedulis possit u(e)l debeat d(e)la cerari u(e)l occultari aliquo modo u(e)l i(n)g(enio) sub pena d(e)lacera(n)ti u(e)l occulta(n)ti u(e)l d(e)lacera(r)i u(e)l occultari p(er)mittenti Centu(m) libr(arum) den(ariorum) sibi p(er) suu(m) syndicatorem t(em)p(o)re sui syndicatus de facto auferenda. Aliquo contrario no(n) obstante.

De arbitrio d(omi)nor(um) Prior(um) artium Ciuitatis pisa(rum). Rubrica.

Lxxxxj. Et quia ad offitiu(m) d(omi)nor(um) prior(um) spectare debet de custodia fienda in Ciuitate (et) comitatu pisa(rum). Statuimus (et) ordinamus q(uod) priores artiu(m) habeant (et) h(abe)re intelli gantur arbitriu(m) baylia(m) (et) auctorem p(ro) custodia (et) sup(er) custodia facienda (et) fieri fa cienda in Ciuitate comitatu (et) districtu pisa(rum) et occ(asi)one d(i)c(t)e custodie p(ro)uidendi statu endi ordinandi (et) faciendi quicquid eis placuerit. D(ummod)o d(i)c(t)a potestas (et) arbitriu(m) no(n) intel ligatur se extendere nec extendatur q(uod) possint d(i)c(t)i priores adducere milites u(e)l pedi tes forenses ad stipendiu(m) u(e)l soldu(m) Co(mun)is pisa(rum) nec offitiales eligere u(e)l reffirma re qui h(ab)eant salariu(m) a Co(mun)i pisa(rum) u(e)l ab aliqua uniuersitate comitatus u(e)l districtus pisa(rum) u(e)l ab aliqua sing(u)lari p(er)sona. Nec possit dare u(e)l concedere aliqua(m) exceptione(m) u(e)l i(m)munitatem alicui Castro u(e)l uille comitatus seu districtus pisa(rum) nec alicui p(er)sone.

Item q(uod) d(i)c(t)i Priores habeant (et) h(abe)re intelligantur arbitriu(m) bayliam (et) auctorem sup(er) bladi (et) alia(rum) uictualiu(m) habundantia fienda (et) facienda in Ciuitate pisa(rum) et occ(asi)one habundantie fiende ex p(re)d(i)c(t)is (et) de pecunia Co(mun)is pisa(rum) facienda (et) ordinanda et debitu(m) feneratoriu(m) siue no(n) feneratiuu(m) contrahendi, et bladum emendi et p(ro) minori p(re)tio uendendi seu uendi faciendi et o(mn)ia alia p(ro)uidendi statuendi ordinandi faciendi et executioni mandandi que in p(re)d(i)c(t)is (et) p(ro) p(re)d(i)c(t)is eisdem prioribus artiu(m) placuerit.

Et quia exploratorum offitiu(m) inter alia est magis utile (et) mo(dicum) necessariu(m) q(uod) ut co(mmun)iter fertur ex approbato u(er)bo, qui sit paup(er) explorator sit paup(er) hono ris, et esse pot(est) res magni p(er)iculi ut i(m)posteru(m) talia no(n) occurrant. Ordinauerunt et p(ro)uiderunt q(uod) d(omi)ni priores artiu(m) qui erunt de m(en)sib(us) Januarij (et) februarij et de m(en)sib(us) Julij (et) augusti semp(er) in p(ri)ncipio eoru(m) offitij an(te)q(uam) ingrediantur palatiu(m) p(ro) eoru(m) offitio exercendo i(n) tres dies p(ro)x(im)os post q(uam) fuerit de saculo publicati tene antur (et) debeat eligere duos bonos ydoneos (et) sufficientes uiros qui notitia(m) habe ant cum communitatib(us) et etia(m) d(omi)n(i)s tam a longe q(uam) p(ro)pe in offitiales sup(er) sp(ion)is p(ro) t(em)p(o)re sex m(en)siu(m) qui habeant potestatem (et) arbitriu(m) expendendi singulis duob(us) m(en)sibus Centu(m) libr(as) den(ariorum) in nu(n)ptijs (et) p(ro) nu(n)ptijs (et) sp(ion)ib(us) mittendis p(er) eos siue p(er) Co(mun)e pisa(rum) u(e)l Co(mun)i pisa(rum) missis Centu(m) libr(as) den(ariorum) (et) no(n) ultra. Nisi contigerit Co(mun)i pisa(rum) expedire ultra d(i)c(t)am quantitate(m) d(i)c(t)a de ca(usa) expendi, quo casu d(omi)ni priores artium una cu(m) Camerarijs n(ost)ris triginta p(re)ttiu(m) (et) uiginti in concordia possint p(ro)uidere (et) ordinare de maiori quantitate expendenda p(ro) ea parte p(ro)ut (et) totiens eis uidebitur expedire. Que quantitas Centu(m) libr(arum) den(ariorum) debeat solui p(er) massarios Co(mun)is pisa(rum) d(i)c(t)is bonis ho(min)ib(us) et offitialib(us) sine aliquo p(re)cepto u(e)l mandato alicui(us) offitialis, s(ed) sol(um) uisa p(re)sentis electione, et ubi contigerit priores (et) cam(erarios) ut sup(ra) d(i)c(tu)m est deliberare de maiore quan titate expendenda d(i)c(t)a quantitas debeat etia(m) solui d(i)c(t)is bonis ho(min)ib(us) (et) offitialibus p(er) d(i)c(t)os massarios sine aliquo p(re)cepto u(e)l mandato alicui(us) offitialis s(ed) sol(um) uisa d(i)c(t)a electione ut sup(ra) d(i)c(tu)m est et deliberatione p(re)d(i)c(t)or(um) d(omi)nor(um) prior(um) (et) camarior(um) artiu(m). Qui boni ho(min)es (et) offitiales tenea(n)tur (et) debeant fac(er)e scribi manu publica notarij no(m)i(n)a et

26v

procia omnium nuptiorum quos miserint et loca ad que miserint et nuptiorum quos
receperint et loca a quibus receperint et quantum eis solverint. ita quod possint de
dictis expensis rationem reddere coram maiore syndico Communis Perusii a quo debeant
syndicari, stetur tamen de predictis dicte scripture publice potius quam omnibus per veri-
tate fieatur, et dicto notario possint dicti boni homines et offitiales certum salarium constitue-
re prout eorum discretioni videbitur convenire. Quod salarium eidem solvi debeat per
dictos massarios secundum mandatum dictorum bonorum hominum et offitialium. Teneantur
insuper dicti boni homines et offitiales facere iurare ad sancta dei evangelia corporaliter
tactis scripturis omnes et singulos nuptios mittendos seu recipiendos quod ibunt
ad illa loca ad que mictentur, et quod venerint ab illis locis quibus dicent se e-
missos vel venisse et quod nulla fraus per eos committetur seu commissa fuerit.
Teneantur etiam dicti priores dare auxilium mercatoribus et omnibus aliis per-
sonis cum requisiti fuerint ab eisdem ut inveniant eos coram offitialibus Communis
Perusii ad instantiam consequendam et ut unusquisque in suo iure conservetur ille-
sus, et ut damnum non recipiat, et ut serventur eorum iura et instrumenta et scripture
et rationes librorum eorum legiptime facta ut melius poterit et viderint facienda.
Priores artium ultimis quinque diebus eorum offitii non audeant vel presumant
aliquid statuere facere vel reformare de aliquo negotio vel facto spetiali personarum
sed de facto Communis Perusii tantum. Et quia dicti priores artium consueverunt rogare no-
tarium ipsorum vel cancellarium in dictis ultimis quinque diebus eorum offitii quod
faciant per facta et explicatis omnia que agenda eis occurrerit in dictis ultimis
quinque diebus, quod est absonum et absurdum, ideo statuerunt et ordinaverunt quod
dicti domini priores non possint rogare notarium nec cancellarium, nec ipse notarius
cancellarius rogari de aliquo facto spetialium personarum nisi de eo solo quod tunc
explicite factum et consumatum fuerit non autem de eo quod fiendum expediendum et
explicandum occurreret in futurum in dictis quinque diebus, et si aliter scripserint
dicti notarius cancellarius puniantur pena quingentarum librarum denariorum et privationis
offitii, et de hoc debeat syndicari, et tale preceptum et scriptum non valeat
nec teneat.

De ambaxiatis et ambaxiatoribus mictendis. Rubrica.

Volentes etiam super inordinatis expensis debitum frenum que consueverunt fieri
in ambaxiatoribus et ad refrenandum importunitatem et ambitionem multorum
civium qui cotidie sollicitant et procurant ambaxiatas dicti Communis providemus et
.LXXXVII. ordinamus quod nulla ambaxiata micti possit nec debeat extra comitatum Perusii
expensis Communis Perusii set quod cancellarius Communis Perusii tempore quo prestabit iuramentum
dominis prioribus artium in principio eorum offitii intrantium debeat ad penam centum
librarum denariorum dicere inter alia contenta in iuramento quod consuevit prestari dominis prioribus
artium, et ipsi domini priores iurare teneantur et debeant quod nulla ambaxiatam
creabunt vel deputabunt que non sit vel quam non crederent esse pro evidenti utili-
tate et honore Communis Perusii. Et quod cancellarius Communis Perusii et eius coadiutor et
notarius dictorum priorum teneantur et debeant iurare et iuramentum prestare

quod non scribent aliquod preceptum uel appodixam alicui ambaxiatoris quod non credat
uel ymaginetur quod sit pro evidenti utilitate Comunis pisi / et quod tempore quo fiet precep-
tum dictis ambaxiatoribus uel tempore quo ipsis restituetur dictum preceptum notarius dominorum
Priorum uel Cancellarius qui scribet dictum preceptum teneatur et debeat facere
Iurare dictos ambaxiatores quod eorum ambaxiatam fecerit uel facient bene
et legaliter Et quod in dicta ambaxiata fraudem non commisit uel commictet Et quod
tunc procurabit uel procurauerit honore et utilitate Comunis pisani et non priuatam
utilitatem uel honorem proprium De quo Iuramento et ipsius forma expresse
fiat mentio / que si facta non fuit in dicto precepto Massarius Comunis pisani non possit
nec debeat soluere sub pena Centum librarum denariorum. Et notarius cassationum
non possit dictum preceptum cassare nisi expresse in dicto precepto appareat de ipso
Iuramento. Et quod in terris et ad terras subiectas Comuni pisano nullo modo uel
causa micti possit per dominos priores artium nisi tantum unus ambaxiator et non plures
Saluo quod in casu quo aliqua de dictis terris egeret reformare uel reparare status
dicte terre / quo casu domini priores artium cum consilio dominorum Capitaneorum artium possint
prouidere et mictere usque in quantitatem duorum ambaxiatorum et non ultra. Ad
dominos autem uel ad alias terras non subiectas possint dicti domini priores cum consilio
dominorum camerariorum mictere duos ambaxiatores et non ultra aliquo modo uel causa
Saluo quod si accideret casus quo videretur mictere plures ambaxiatores / quod in
dicto casu domini priores artium una cum Capitaneis artium et quocto artificibus pro quolibet
Capitaneo artis grosse et cum quatuor bonis hominibus pro quolibet Capitaneo cuiuslibet artis par-
ue possint prouidere et mictere usque in quantitatem trium ambaxiatorum et non ultra. Non
tamen possit micti aliquis ambaxiatorem qui non sit laycus expensis Comunis pisi
uel expensis alicuius uel alio quoque modo sub pena Quingentarum librarum denariorum pro quolibet
in contrarium eligente uel mictente auferenda per potestatem uel capitaneum uel dominum
Syndicum Comunis pisi / Et de predictis dicti eligentes et mictentes expresse debeant
Syndicari. Et ad removendum contentiones que conditione oriri possint de numero
equorum et de salario dictorum ambaxiatorum providemus et ordinamus quod non possit dari
uel deputari alicui ambaxiatori dicti Comunis nisi constitutus numerus equorum et infrascriptum salarium
videlicet cuilibet Militi et Iudici quatuor equi pro quolibet ad plus Domicello et popolari
tres equi pro quolibet et non ultra et abinde infra uel secundum qualitatem persone et loci prout
dominis prioribus videbitur convenire Et habeant dicti ambaxiatores et habere debeant pro
eorum salario pro qualibet die et quolibet equo quem tenerent in dicta ambaxiata si dicti amba-
xiatores accesserint ad locum circum conpropinquum Civitati pisi per triginta
miliaria Triginta soldos denariorum Et si esset distans a Civitate pisana ultra dicta
triginta miliaria habeant et habere debeant pro quolibet die et quolibet equo et quolibet eorum usque
in quantitatem Quadraginta soldorum denariorum et non ultra. Que salaria Massarii
Comunis pisani uel alter eorum dare et soluere teneantur uiso precepto dominorum priorum artium
secundum formam superius denotatam retinendo gabellam duodecim denariorum pro qualibet
libra. Et quia aliquando [illegible] posset quod oporteret ambaxiatores mictere
ad dominum papam uel ad alium magnum dominum uel pro aliqua magnifica et hono-
rabili causa Comunis pisi ita quod numerum dictorum equorum et salarii oporteret acrescere

No. verba apponenda in preceptis ambasiatorum

No. massarii non possint soluere nisi dicta verba sint expressa nec notarii cassationum cassare

De numero equorum Ambasiatorum et de eorum salario

et augmentare p honore cois pusij. Ideo puidem, ordiam qp in dcis cauis quib crede-
retur ee opus dni priores, camerarij artin cum octo artificab p quos camerarie
artis grosse et cum quatuor bonis hoib p quos camerario aliis artis pue possit
puidere, ordiare de augmto nuij equorum, salarij. Ita tn qp pptin debeat mitti, opti
neri ad bussolas, fabas albas, nigras sm puisionem ipius osilij et dei massarij
possit, teneantur solvere mo pdco. Et ut ambaxiate cois pus no videat
nec fiant solumo p aliquos pusinos s distribuantur intra civitatem sm gradus
quorum et sm qualitatem ambaxiatorum puidem, ordiam qp quicuqz ibit in ali
qua ambaxiata cois pus expis dci cois no possit ire in aliqua alia ambaxiata
inde ad quatuor mses pxie sequetes expis dci cois. Salvo sino esset p uno,
eodem fco et una, eadem ca et ad unu, eundem scam et unu, idem dce
ul dnm ul aliam psonam quo cau possit, licitum sit expleri ambaxiatam p
illosmet ambaxiatores ul p alios ut dnis priorib videbr, placebit. Et
salvo in arduis cauis occurentib dco coi quorum ca esset expediens mictere am
baxiatores no obstante vacatione pdca, quo cau dni priores, camerarij artin
ul saltem septem ex priorib et due ptes de triginta cam pntr, in acordia
possit, eis liceat si viderit expedire fco, misso ptito inter eos ad bussolas, fabas
et solepniter obtento eligere ambaxiatotores quos voluerit, no obstante qp
tales sic eligendi no vacauerit ab ambaxiata p quatuor mses an ut supius est
expssum. Dumo nullo tpre possit eligi ul mitti aliquis existens in offitio ca-
merariatus durante dco offitio ne sub titulo ambaxiate dimictat negotia cois
pusij. Sub pena eligentib, acceptanti et cancellario, notario priorum si scripsit
ducentarum libr den p quos eorum p maiorem syndicum auferenda. Et massarij cois
nec alius offitialis tali electo solvere no possit sub dca pena. Et ad omem fraudem
dem evitandam statuimus, ordiam qp nemo possit scribi ul noiari in lris credentie
que dantur ambaxiatorib qui mictuntur p dnos priores artin ul alios offitiales cois
pusij nisi illi de quorum electione pus fuit ostitit man cancellarij ul notarij dnorum priorum
seu notarij dcorum offitialium mictentium. Et massarij cois pusij nullam solutionem facere
possit alicui ambaxiatori nisi pus fidem faciat de eius electione et qp fuerit scriptus in
licteris credentie de quib stetur assertioni cancellarij cois pus ul notarij seu offitialium
mictentium pena tn faciente scribi qp ipi noto scribenti et etia massarijs cois pusij
solventib atra formam pntis capli p quos eorum qualibz vice centum libr den.
Et quia sollicitudo civium frequenter ingerit diusis astutijs expis cois pus utili-
tates pprias pcurare et sepe otingit qp dni priores fictis colorib seducuntur amba-
xiatores no necessarios destinare et tales ambaxiatores potius assequi effectum
pprium qp cois et agenda p coi pusij obmictunt offitia et speciales gras pcurando
ut talib inconuenientijs obuietur volumus, statuimus qp nullus mictendus
de cetero in aliqua ambaxiata cois pus expis dci cois possit audeat ul psumat
pcurare aliqd factu pprium p se ul p aliqua alia psona de ipius domo que secum
staret ad unu pane, unu vinu in eadem familia dca ambaxiata durante. Nec
possit impetrare obtinere ul acceptare aliqd regimen ul offitium nec benefitium nec etia
aliqua alia psona de ipius familia que secum staret ad unu pane, unu vinum
ab aliquo coi dne ul singlari psona ad que hebit talem ambaxiatam sive ad quod

Et quicumque ad quem dominum vel ad quam personam ex parte Communis Pistorii missus erit talis ambaxiator
deinde ad unum annum a die reversionis talis ambaxiatoris mictendi per priores appo-
nendi sine deliberatione duorum terciorum et camerariorum triginta presentium ex quibus saltem
viginti cum duabus partibus sint acordes fabarum obtento partito ad bussulas et fabas
pena quingentarum librarum denariorum cuilibet contrafacienti et qualibet vice auferenda per maiorem
Syndicum ad utilitatem cuius camere sindici et de facto. Item addendo predicto capitulo
statuerunt et ordinaverunt quod cancellarius Communis Pistorii teneatur et debeat dare in
scriptis cum sub scriptore sua omnibus ambaxiatoribus Communis Pistorii predicta ambaxia-
tas fieri dare per eos. Et dicti ambaxiatores teneantur secum portare dictas predictas et
quod dicti ambaxiatores tempore quo redeunt a dictis ambaxiatis teneantur facere scribi per
cancellarium dicti Communis relationem et responsionem quam habuerint de dictis ambaxia-
tis quas fecerint ita quod semper in cancellaria dicti Communis reperiantur in scriptis dicte
relationes et responsiones. Et nullus ambaxiator eligi possit vel assumi ad ali-
quam ambaxiatam contra formam presentis capituli directe vel indirecte vel aliquo que-
sito colore pena dictis cancellario et ambaxiatoribus contrafacientibus ducentarum librarum
denariorum pro quolibet et qualibet vice qua contrafecerit. De quibus maior Syndicus inquirere
possit et debeat et repertum vel repertos culpabiles punire et condempnare in dicta pena.
Et quilibet esse possit accusator.

De tubatoribus communis Pistorii et eorum offitio et salario. Lxxxiij.

Volumus quod Lucas Sioli porte sancti Andree, Nicholaus Herculani porte sancti Angeli,
Paulinus Andreuti porte Lucensis, Maccarius Cagnoli porte Ripalte, Petrus
Massoli dictus Cacione porte sancti Angeli, Niger Alamanni porte sancti Angeli, Ceccus
.Lxxxxiij. Boccatii porte Lucensis et porte sancti Andree, et Antonius Vanni porte sancti Angeli sint et
147.6 – xxvij esse intelligantur et debeant precones Communis Pistorii et debeant facere omnia bapnimenta et
sententia et offitium per totam civitatem comitatum et districtum Pistorii pena viginti quinque
librarum denariorum. Cum precones omnes teneant equos continue cum muscho et fortuna.
Precones iussu Communis Pistorii equos tenentes et tenere debentes non presumant
ipsos equos ad vecturam vel alias, et ipsi equi signati esse debeant ad signum turbe.
Et ipsos equos habere et tenere continue debeant in civitate vel burgis Pistorii nisi
irent in servitium Communis Pistorii de mandato priorum. Et de ipsis equis quolibet
mense ad minus ter mostram et assigna per pilos et signa facere coram massario
Communis Pistorii teneantur. De quibus mostris apparere debeat publica instrumenta et alias
dicti massarii ipsis preconibus dare non debeat salarium, sed tamen remaneat et excompu-
tent pro qualibet apontatura tres libras denariorum de salario eorum et apontatum retinendum
per massarios. Et si dicti massarii alias solverint in centum libras denariorum pro quolibet et qualibet
vice per Syndicum debeat condempnari. Et quod dicti precones nacchirinus et cera-
mella habeant et habere debeant pro eorum salario, quilibet eorum pro se, unum ragamo re-
tinendo quolibet mense duos florenos et dimidium auri solvendos eisdem per dictos
massarios de mense in mensem et ultra dictum salarium dicti massarii dare et solvat
eisdem et cuilibet eorum pro indumentis eorum habendis quolibet anno in festo sancti Herculani
de partite septem florenos auri. Item cuilibet eorum pro uno caputeo habendo in dicto
festo quinque libras denariorum. Que indumenta et caputea predicti tubatores nacchariinus

et cennella [illegible] portare debeant quod si non fecerint debeat solvere quilibet
contrafaciens pro vice qualibet viginti solidos denariorum. Et Capitaneus dictam penam
a contrafaciente exigere teneatur. Et ultra dictum salarium nichil plus
possint petere vel habere. Et dicti precones teneantur facere omnia bapni-
menta que debet pro comuni et bapnimenta facere debeant per plateam et portas
in locis consuetis sub pena viginti quinque librarum denariorum. Et quod dicti precones
teneantur obedire prioribus et eorum mandatis et non discedere de Civitate sine
licentia eorum priorum ad penam decem librarum denariorum pro quolibet eorum et vice qualibet.
Et quicumque omnium predictorum preconum contrafecerit vel bapnimenta non fecerit ut
dictum est decem libras denariorum pro vice qualibet solvere teneatur. Quam penam capitaneus
exigere teneatur pro comuni et esse valeat quilibet accusator et habeat medietatem
esse debeat accusantis. Teneantur omnes precones et quilibet eorum facere
omnia et singula bapnimenta et omnia precepta eis imposita et iniuncta a capi-
taneo vel alio pro eodem vel prioribus et quolibet alio offitiali Comunis populi vel
camerariis artium. Et teneantur facere bapnimenta per portas ita et taliter quod ab
omnibus efficaciter audiatur. Et qui contrafecerit solvat pene nomine pro vice
qualibet quinque solidos denariorum. Et quilibet precone Comunis populi teneatur et debeat vin-
culo iuramenti et pena Centum librarum denariorum facere omnia bapnimenta spectantia
ad comune populi et ad offitium offitialium vel dicti Comunis ad requisitionem cuiuslibet offitialis
Comunis predicti sine aliquo salario vel mercede. Item predicti precones vel aliquis
eorum non possit nec debeat ipsos equos vel aliquem eorum preconum nec capitaneum
nec alicui alii accomodare nec ad vecturam dare modo aliquo sine eo. Et
qui contrafecerit puniatur pro vice qualibet in decem libras denariorum et qui eos petierit
pena simili puniatur et quilibet possit accusare et habeat medietatem bapni.
Teneantur insuper omnes supradicti precones recipere pro quolibet exbapnimento
et rebapnimento decem personarum et abinde infra pro qualibet persona duodecim
denarios et a decem personis supra quotcumque erunt recipere possit tres solidos denariorum
et non ultra. Et qui exbapnimenterit vel rebapnimenterit Syndicum vel Univer-
sitatem vel Syndicum tantum vel Universitatem tantum habeat et habere debeat et recipere
possit dumtaxat duos solidos denariorum tantum pro suo salario. Et pro bapnimento quod fe-
cerit preco pro aliquo testamento legato vel codicillo seu donatione insinuandis possit
accipere sex denarios et non ultra et pro bapnimento de re vel rebus que mandato
alicuius Iudicis venderentur vel subhastarentur pro quolibet possit accipere duodecim
denarios et non ultra et pro quolibet alio bapnimento quod fecerit vel fieri contingeret quo-
cumque modo salvatur et possit accipere ab illo qui fieri fecerit duodecim denarios et non ultra.
Et preterea tantum quantitatis pretii non recuset quod si facere recusaret vel ultra
exigeret quam superius dictum sit solvat pro vice qualibet preco Comunis contrafaciens comuni
populi quadraginta solidos denariorum. Et potestas et Capitaneus et quilibet offitialis
eorum audita querela ab aliquo de tubatore conquerente auferat ab eo tuba-
tore dictam penam de facto pro comuni et restituat quod recepit in duplum ultra sa-
larium sibi concessum. Et de predictis credatur sacramento querelam exponentis.

Hoc autem dicti precones melius audiantur, volumus quod omnia banna que fecerint ipsi precones vel alter eorum in scalis palatii communis predicti, et per ipsius civitatis[?] continua[?] et recapitulata per massarios[?] et debitos [illegible] debeant et maneat ex parte potestatis[?] ususque expectatum predictum. Et si contrafecerit quilibet eorum contrafaciens in decem libris denariorum pro vice qualibet puniatur. Et de predictis possit esse quilibet accusator. Insuper precones predicti bapnire possint omnes indulgentias concessas et concedendas ecclesiis locis et personis religiosis, et debeant recipere pro bapnimento cuiuslibet indulgentie quod fiaget[?] per civitatem et burgos quinque solidos denariorum solummodo et non plures pro quacumque sera bapnierit. Fraternitatem vero sancte Trinitatis sine ullo denario bapnire debeat quotiens aliquis eorum super[?] se[?] [illegible] extiterit requisitus. Et quicumque preconum iverit per contratam[?] pro facto communis quacumque[?] ex sibi ipsis debentibus retinere equos viginti solidos denariorum [illegible] pro die qualibet et non ultra. Et siquis ultra receperit viginti solidos denariorum solvere teneatur et credatur sacramento dicentis, et pena auferatur sibi de facto. Preterea volumus statuentes quod si aliquis preco vel nuntius potestatis vel senatores campanarii manifestaverit aliqua credentiam eis vel aliam eorum impositam in consilio ubi [illegible] ipsi vel alter eorum volumus quod ille vel illi qui manifestaverit solvat communi predicto pro vice qualibet pene nomine centum libras denariorum. Et nichilominus ab officio quod habent debeat penitus removeri, et si fuerit in aliquo alio loco ipsi vel alter eorum ubi esset aliqua [illegible] vel [illegible] et [illegible] statim manifestaverit credentiam eis per eosdem [illegible] vel alterum eorum impositam vel dixerit aliquid propter quod possit esse discordia inter aliquos puniatur quilibet eorum contrafaciens in viginti quinque libris denariorum et privetur officio. Et de predictis quilibet sit accusator et credatur cum [illegible] duorum testium. Nullus autem preco nec baiulus aliquis communis predicti possit esse procurator vel syndicus alicuius universitatis castri vel ville seu alicuius singularis persone, et siquis contrafecerit decem libras denariorum communi predicto solvere compellatur. Salvo et reservato eo quod dictum est supra non obstante quod dicti precones procuratores pro eorum fratribus sororibus uxoribus et [illegible] cum eis in eadem familia morantibus vel alterius eorum facere possint et eorum [illegible] procuratores esse sine pena. Item nullus preco possit emere de bonis exbapnitorum communis nec tenere cum illis qui emerint a communi, et qui contrafecerit solvat pene nomine pro vice qualibet viginti quinque libras denariorum. Teneantur etiam precones omnes bestias que auferuntur vel essent esmarrite bapnire ad petitionem petentis. Et quicumque invenerit aliqua bestiam aufugientem vel smarritam alicui dictorum preconum eam debeat assignare, et ille preco cui fuerit assignata bapnire debeat ut dictum est, et habeat preco bapnies[?] duodecim denarios si fecerit in uno loco tantum pro huiusmodi bapnimento, si vero in pluribus locis pro quolibet loco sibi debeat duodecim denarios. Et quia dicti precones consueverunt tenere tubas argenteas quas habet commune predictum licet bone sint et legales, volumus quod capitaneus potestatis predicti officium cum sumat principium de mense novembris debeat recipere a dictis preconibus ydoneos fideiussores pro ipsis tubis tenendis conservandis et restituendis



Comunis perusii ad petitionem capitaneorum et priorum artium. ¶ Et ne aliquis habeat
materiam faciendi sonandi dictis tubis et quandoque sonat eas pro libito voluntatis. Volumus quod ipsas tubas argenteas non pulsent nec sonare debeat sine
licentia priorum artium sub pena decem librarum denariorum pro quolibet eorum contrafaciente
et vice qualibet. Quam penam potestas et capitaneus et quilibet eorum a contrafaciente
penitus exigere teneantur. Et nichilominus de predictis quilibet possit et valeat
esse accusator. ¶ Insuper volumus quod in omnibus festis solepnibus in mane
in platea perusii debeant sonare tubis et facere solepnitatem et gaudium
debitum sub pena pro vice qualibet et quolibet eorum viginti solidorum denariorum. Et etiam
teneantur sonare in dictis solepnitatibus de mane ante maiestatem dicte vestra.
¶ Hec autem et alia que in presenti capitulo continentur melius observentur ordinamus
et volumus quod de omnibus in eo contentis quilibet sit et esse possit accusator et habeat
medietatem banni. Et nichilominus potestas et capitaneus et quilibet eorum et eorum
offitiales de omnibus et singulis supradictis capitulo contentis teneatur et debeat contra dictos
tubatores inquisitionem facere publicam et secretam utrique vel eorum alteri libuerit
et condempnare culpabilem pro vice qualibet in penis supradictis denotatis non obstante
aliquo capitulo. ¶ Et quandocumque predicti non interfuerint omnibus consiliis quibus debent
interesse solvat nomine pene pro vice qualibet et quolibet consilio quinque solidos
denariorum quam penam offitiales potestatis et capitanei et de facto accipiat pena viginti
quinque librarum denariorum dictis offitialibus si fuerint negligentes. ¶ Et teneantur dicti
massarii semper quando solvent eorundem tubatorum salarium facere eis legi hoc capitulum
et iurare ipsum servare perfecte. Et omnia et singula predicta in presenti capitulo
contenta vendicet sibi locum etiam in quibuscumque personis subrogandis in locum
predictorum personarum vel aliorum per dominos Priores artium dicte Civitatis.

De campanariis et eorum offitio et salario. Rubrica.

.Lxxxxiiij. Statuimus et ordinamus presenti capitulo quod sint pulsatores campanarum et campanarii comunis perusii qui teneatur et debeat servare formam capituli ipsius et idem
servetur in quibuscumque subrogandis vel ponendis in locum predictorum campanariorum vel aliorum qui campanarii continue stare debeat prope palatia potestatis et
capitanei ita quod semper habeantur et haberi possint quando necessarii fuerint. Et si contra
fecerit contrafaciens solvat comuni perusii vice qualibet quadraginta solidos denariorum
et pulsare debeat campanas pro factis comunis ad omnia que fuerint opportuna
et sicut et quando et quo potestas et capitaneus vel alter eorum et priores artium duxe-
rint iniungendum tam de die quam de nocte. Et debeat pulsare campanam
grossam sancti Laurentii pro predicationibus que fieri debent in platea comunis perusii
et etiam in ecclesia sancti Laurentii singulis diebus sub pena decem librarum denariorum
quam penam eis de facto per potestatem et capitaneum auferatur ad petitionem petentis.
¶ Et debeat per se vel alios sicut expediens fuerit ita pulsare et sonare campanas et maxime campana magna populi ad omnia que fuerint opportuna.

ita quod bene et sufficienter sufficienter sint pulsate. Et debeat pulsare campana
que deputata fuerit ad pulsandum de sero cum tribus vicibus retractis non compu-
tatis et in ultima vice, temporis unum pulsationum quolibet sero debeat continuantur
pulsare campanam tantum quod homo possit comode ire ab ecclesia sancti petri usque ad
ecclesiam sancti angeli, extra portam cum retractis. Davis magistre de pulsam
statim faciat ultimos retractos et sint tantummodo temporis spatium inter quemlibet retra-
ctum quod homo tria posset dicere pater noster. Et debeat sonare campa-
nam de mane in aurora diei. Et si dicti campanarii predicta omnia et singula non
fecerint, et non observaverint et adimpleverint quinque libras denariorum pro qualibet vice sol-
vere teneantur. Et teneantur pulsare campanas de die et de nocte cito
et tarde sicut potestas et capitaneus et priores eis dixerint iniungendum et
sicut de ipsorum dominorum processit voluntate. Et quascumque campanas sonare
debeant prout eis iniunctum fuerit per potestatem vel per capitaneum et priores artium
ad omnia que per eos eis fuerit preceptum. Et dicti campanarii habeant et habere
debeant a comuni pro suo salario et mercede de avere comunis perusii tam pro se quam pro illis
qui cum eis fuerint usque in quantitatem quadraginta florenorum auri et non ultra
inter omnes pro quolibet anno, quod salarium eis statim et ordinari possit et debeat
per dominos priores artium civitatis perusii et eis solvatur et solvi debeat per
massarium comunis perusii vise mandato dictorum dominorum priorum. Preterea volu-
mus quod dicti pulsatores campanarum teneantur ad petitionem priorum artium si
omnes vel septem eorum essent in concordia sonare quascumque campanas eis in-
iunctum fuerit ab eis ad consilium vel adunantiam que eis placuerit. Et
volumus quod predicti pulsatores campanarum et preones non vadant nec ire possint
ad brevia in aliquo consilio ullo modo et quicumque contrafecerit cuncte puniatur contra
faciens in centum solidis denariorum, et nichilominus electio que fieret per aliquem eorum
si breve habuerit de aliquo eligendo non valeat ipso iure, set alius eligi debeat
loco sui electione predicta non obstante. Et tales campanarii debeant facere
bene et legaliter et officium exercere ad quod deputati sunt, quod si non fecerint priores
et camerarii possint eos cassare et removere prout viderint convenire.

De vetitis defendendis emptoribus bonorum exbannitorum et fructuum comitatus. Rubrica.

.Lxxxxa. A Devitanda dispendia que sepe patitur comune perusii occasione politiarum que dantur
ordinamus et volumus etiam observari quod si contingerit bona alicuius malefacto-
ris sive malefactorum sive exbanniti et condempnati venderi in consilio vel alibi
pro comuni perusii pro condempnatione solvenda secundum formam statutorum et aliquas vices
comunem et dari debere alicui vel aliquibus occasione promissionum que fient in ipsis
bonis compras vices illi qui emerint et cum stabilientur et concedentur ipsi bona
solvere et solvere teneantur ac etiam compellantur illis qui vices habent erunt
de pretio et summa pretii pro quo ipsi bona ement et sibi concedentur et remanebunt
et stabilientur et ipsas vices quas solverit ut dictum est quas illas quas
habere debebat ipse occasione promissionis vel promissionum quamvis quas fecerit in
ipsis bonis possit excomputare de dicto pretio. Residuum vero a dictis vicibus precii supra

solvat et solvere teneatur comuni pisano de ipsis bonis. Quinimo male fieri sive exbapni-
tus et condempnatus bona cuius venderentur ut dictum est non possit rebapniri nec
absolvi nec de carceribus si ibi fuerit relaxari nisi solverit vel solvat totum
bapnimentum in quo erit condempnatus et pro quo bona sua venderentur sine reme-
dio computato pretio sive bonorum venditorum quod deveniat in comune de quibus predictis
dimentis solutis et excomputatis ut dictum est nisi forte pretium bonorum sive
venditorum ut dictum a vicariis remansit et superfuerit tantum quod sufficiat pro sua co-
ndempnatione solvenda sine remedio ipsius si remedium habuerit. ¶ Similiter
si contigerit aliqua alia bona comunitatis sive rei comunis pisani sive fructus
sive redditus ipsorum bonorum comunitatum sive rerum vendi pretio et aliquas
promissiones dari debere alicui vel aliquibus occasione promissionis sive promissionum
que fient in ipsis bonis comunitatis sive rebus fructibus sive redditibus ipsius
quod ipsas vices ille qui emerit et cui stabilientur et accedentur ipsi bona comunita-
tis sive fructus eorum solvat et solvere teneatur et etiam appellatur fieri debent
vel debentibus de pretio et summa pretii pro quo ement et sibi accedentur et remane-
bunt et stabilientur et suas vices sibi debitas occasione dictarum promissionum
vel aliarum earum compensent et in ipsas vices quas solverit ut dictum est ei vel
eis quibus ipse vices licentiati fuerint et illas quas fieri debebit occasione promissionis
qua vel quas fecerit in ipsis comunitatis sive bonis et rebus comunitatis vel fructibus
eorum possint sibi excomputare de dicto pretio. ¶ Residuum vero a dictis vicibus
supra salvat et solvere teneatur comuni pisano et de predictis vicibus solvendis nulla
postea fieri valeat per priores antianorum vel capitaneum vel alium offitialem
comunis pisani vel aliquam aliam personam iure vel ex qua obligetur comunitas
pisana ad solutionem aliquam vel aliquid aliud faciendi et si fieret non valeat
nec teneat ipso iure et puniatur contrafaciens pro vice qualibet in vigintiquinque
libris denariorum. Et emptores eorum ut dictum est per potestatem vel capitaneum vel eorum vel
alterius eorum offitiales cogantur ad solvendum ipsas vices illis qui licentiati fue-
rint ipsas vices prout cogerentur ex instrumento confessionis ab eis facto itaque predictis
nulla exceptio possit opponi nisi que opponuntur confessionibus factis in fa-
vorem comunis. ¶ Et quod fructus comunitatum et gabelle comunis pisani stabi-
liantur et vendantur per consiliatores monete comunis pisani de illis comu-
nitatis et gabellis quarum introytus debetur camere dictorum consiliatorum et
per assessores comunis pisani de illis comunitatis et gabellis quarum introytus debet-
ur camere assessorum et non per alios vel alium cum deputaretur per ipsos consi-
liatores vel assessores vel per dominos priores antianorum civitatis pisane vel alium
offitialem dicti comunis sub pena centum librarum denariorum pro quolibet dictorum consiliatorum et
assessorum et eligentium aliquem ad predicta extra formam predictam et electio careat
tantum de facto quod cui pisani auferenda per maiorem syndicum et iudicem iustitie.
¶ Vices autem de quibus supra dictum est in omni casu intelligantur debere solvi
et excomputari de tempore in tempore terminis suis sicut pretium solvi debetur. Et

quod vendentes gabellas et comunantias Comunis Pistorii teneantur statim facto
stabilimento recipere bonos et ydoneos fideiussores pro quantitate debita et solve-
nda Comuni Pistorii ad penam centum librarum denariorum pro quolibet eorum auferendam eis de facto
per maiorem sindicum Comunis Pistorii. Et nisi tales emptores fideiussores
ydoneos dare non possent detineantur in carceribus Comunis Pistorii per certos dies
sine infra decem tempus certo dierum fideiussores ydoneos invenire poterint et
eo casu quo non invenerint iterum incantatur et si minus quam primo fuit invenire
atur illud minus de propriis bonis primi emptoris solvatur et ab eo exi-
gatur et de carceribus non relaxentur quousque illud minus solutum p-
enitus fuerit.

13 De eo quod fiat electio aliorum offitialis deputetur sibi salarium. Rubrica.

·Lxxxxvi· Quotiens fiet electio aliorum offitialium quibus sibi salarium in consiliis consti-
tuatur quod cum electio celebrabitur. Et salarium quod offitialibus
constituatur in consilio eis absque diminutione aliqua persolvatur et nemo
aliquid sibi appodixam nullo modo aliter facere possit aliquo non obstante.

14 De eo quod nulli offitiali possit augeri salarium. Rubrica.

Item statuimus et ordinamus quod aliquem offitialem Comunis Pistorii quocumque fun-
gatur offitio vel arbitrio possit augeri vel augmentari offitialibus forensibus
Comunis Pistorii vel aliorum temporibus aliquod salarium seu aliqua quantitas offitialium
familiarium vel equorum ultra quantitatem offitialium familiarium et equorum et
·Lxxxxvii· ultra salarium prefixum et prefixum et ordinatum et ordinatur in presenti volumine
statutorum Comunis Pistorii de electione ipsorum offitialium loquentium. Sub pena quingentarum
librarum denariorum pro quolibet contrafaciente. Et nichilominus tale augmentum sive adiunctam seu
ordinamentum vel provisio propterea fiendum vel fienda non valeat nec teneat ullo
modo et nullius sit efficacie vel valoris. Et quod conservatores monete Comunis
Pistorii nec massarii nec alius offitialis dicti Comunis aliquo modo iure vel causa directe
vel per obliquum vel aliquo palliato vel quesito colore possit audeat vel presumat
dictum augmentum seu adiunctam dare vel solvere. Sub pena quingentarum librarum
denariorum pro quolibet contrafaciente in qua pena et restitutione dupli eius quantitatis
quod daretur vel solveretur contra formam presentis statuti debeant condempnari. De
quibus omnibus et singulis maior sindicus Comunis Pistorii inquirere teneatur et rep-
tos culpabiles condempnare in penis supradictis declaratis. Pena ipsi maiori synd-
co si negligens fuerit in predictis trecentarum librarum denariorum tempore sui syndicatus per
suos syndicatores auferenda.

De electione et offitio offitialium super massaritiis et balistis. Rubrica.

Ad hoc ut baliste et alia arnesia Comunis Pistorii existentia in palatio Comunis
Pistorii in domo que vocatur domus balistarum melius et utilius conservent-
·Lxxxxviii· ur et ut Comune Pistorii tempore suo valeat in occurrentibus casibus oportunis
et ut palatia et domus dicti Comunis manuteneantur et conserventur et non de-
struantur nec recipiant lesionem presenti capitulo statuimus in perpetuum valiturum

Qui eligantur et eligi et insacculari debeat in officio et officialium Comunis Perusii et tunc qui sacculi reficiantur duo boni et prudentes et legales cives perusini populares et de populo perusino et unus bonus et expertus notarius. Qui boni homines sint et intelligantur officiales comunis perusii super conservatione et manutentione et ad conservandum et custodiendum balistas bombardas springardas manganellas trabuccha verrettones bancas cunes ferramenta apta ad macinandum et fundendum proiglones et generaliter omnia et singula arnesia et res comunis perusii existentia in domo predicta et etiam ad conservandum et manutenendum ac etiam aptandum et reparandum molendina siccha comunis perusii apta ad macinandum granum existentia in civitate burgis et suburgis perusii. Quorum officialium et eorum officium duret uno anno tantum et sic de anno in annum fiat publicatio dictorum officialium et de sacchulo extrahantur ut alii officiales comunis perusii insacculati et eorum officialium et notariorum dividatur equaliter electio pro portis. Qui officiales teneantur et debeant dicta arnesia molendina res bene solicite et legaliter custodire manutenere conservare et reparare et reactare cum opportunum fuerit et ipsa vel ipsas nemini dare vel vendere vel accomodare vel aliquo modo totaliter vel particulariter alicui concedere sine expressa licentia et mandato dominorum priorum artium civitatis perusii. De qua licentia et mandato apparere debeat publicum instrumentum manu cancellarii comunis perusii vel notarii ipsorum dominorum priorum. Quam licentiam concedere possint ipsi domini priores cum evidens et utilis necessitas imminet et non aliter ullo modo. pena ipsis dominis prioribus aliter dictam licentiam concedentibus et ipsis officialibus super balistis dicta arnesia vel res vel aliqua earum sine dicta licentia dantibus vel comodantibus Centum librarum denariorum pro quolibet eorum qualibet vice. In qua pena per maiorem Syndicum debeat condempnari. et de hec expresse syndicentur.

¶Teneantur etiam dicti officiales diligenter videre palatia comunis perusii in quibus officiales dicti Comunis forenses et cives habitant et morantur. et cum viderent indigere aconcime et reparatione sine mora expensis comunis perusii faciant reparare et reaptare. Et quod Massarius comunis perusii teneatur et debeat ad mandatum dominorum priorum artium civitatis perusii dare et solvere dictis officialibus super balistis omnem quantitatem pecunie et florenorum necessariam pro reparatione et aconcime supradictis. necnon pro conservatione et reaptatione et reparatione dictarum rerum et arnesium secundum mandatum ipsorum dominorum priorum. Dummodo dicti officiales teneantur et debeant tempore eorum officii massariatus iurare ad sancta dei evangelia quod quantitates quas acceperint et ad eorum manus pervenerint expendent et convertent in dictis causis et non aliter ullo modo. Et si in alia causa expenderet vel converteret solvat et solvere teneatur dictus officialis super massaritiis pro qualibet vice quantum in alio exitio expenderet et quolibet eorum nomine pene Centum librarum denariorum. que pena eis et cuilibet eorum per maiorem Syndicum comunis perusii tempore eorum syndicatus auferatur.



¶Teneantur insuper predicti officiales perquirere et invenire omnes et singulos cives et comitatenses perusinos vel forenses ad manus quorum pervenissent baliste vel alia arnesia et res comunis perusii et ipsos cogere et compellere realiter et personaliter usque ad integram restitutionem rerum predictarum pena ipsis officialibus si negligentes fuerint in predictis Quingentarum librarum denariorum pro quolibet eorum. Et quod dominus potestas dominus capitaneus maior syndicus et quilibet officialis Comunis perusii ad requisitionem dictorum officialium super massaritiis teneantur et debeant dare officiales et familiam pro cogendo realiter et personaliter detinentes restituere comuni perusii aliqua arnesia vel res predictas vel aliqua earum. pena Quingentarum librarum denariorum officiali requisito imminente

si negligentes fuerint in et pro exequtione dictorum offitialium dando offitiales et familiam et quod de hijs que fecerint talis offitialis pro exequtione predicta non debeat sindicari. Aliquo non obstante.

De electione et offitio consultorum sindicatorum dominorum potestatis et capitanei. Rubrica.

LXXXXVIIII. Quia quamplurium agendorum que fiunt utilia experientia manifestat, hic est quod offitium consultorum forensium qui consulere habent sindicatoribus dominorum potestatis et capitanei civitatis Perusii utile videatur et quamplurimum necessarium, presenti capitulo duximus statuendum. Quod per quindecim dies ante finem offitii offitialium deputatorum ad eligendum consultores predictos post publicationem presentium statutorum cancellarius comunis Perusii teneatur et debeat convocare et cohadunare secrete in loco qui sibi magis videbitur convenire priorem loci fratrum predicatorum sancti Dominici, guardianum loci fratrum minorum ordinis sancti Francisci et priorem loci fratrum heremitarum ordinis sancti Augustini; quibus prioribus sic adunatis et in unum convocatis dictus cancellarius proponat eisdem quod ipsi priores debeant eligere tres bonos ydoneos et sufficientes cives timentes deum et habentes zelum dei. Cum tales homines eligendi sint aliqua cum prudentia expedientia et utilia facere. Et huius propositionis idem cancellarius una cum ipsis prioribus ad electionem ipsorum bonorum hominum procedat et procedere debeat. Et ipsa electione facta dictus cancellarius imponat ipsis prioribus super animam ipsorum quod electionem ipsam penitus debeant sub credentia retinere; et immediate habitis dictis tribus civibus electis, quos statim iurare faciat ad sancta dei evangelia eorum offitium bene et legaliter exercere. Postquam dicti boni homines immediate teneantur et debeant eligere duos bonos et legales cives populares et de populo Perusino qui eligant et eligere teneantur et debeant iudices consultores dictorum sindicatorum dominorum potestatis et capitanei civitatis Perusii, qui consultores sint forenses et veniant et morentur in civitate Perusii. Et habeant ipsi consultores et quilibet eorum pro eorum salario prout in ordinamentis sequentibus de offitio conservatoris latius continetur. Et dicti offitiales teneantur in secreto, et ipsorum offitium duret duobus annis a die initii ipsorum offitii continue numerandis; et per quindecim dies ante finem ipsorum offitii teneantur et debeant eligere alios duos offitiales ad dictum offitium eorum successores; que electio scribi debeat manu cancellarii comunis Perusii et penitus in secreto teneri, et sic de duobus annis in duos annos fiat electio supradicta. Et dictus cancellarius electos taliter offitiales cohadunari faciat et eis prestet corporale iuramentum tam de eorum offitio bene et legaliter exercendo quam etiam de credentia penitus retinenda. Teneatur insuper dictus cancellarius facta electione de consultoribus per ipsos offitiales mittere nuntium secretum ad ipsos consultores expensis comunis Perusii; cui nuntio salarium massarii comunis Perusii dare teneantur eidem cancellario vel alii ad eius mandatum pro ipso nuntio recipienti, ut res magis secrete procedat. Qui nuntius sub pena centum librarum denariorum litteras electionum talium consultorum et responsiones ipsorum deferre et referre teneatur secrete et caute et nemini pandere vel propalare. Et dictus cancellarius omnia et singula supradicta faciat observari ita quod in quantum ei possibile est in nullius notitiam deveniatur. Aliquo non obstante.

De offitio offitialium super viis fontibus et pontibus. Rubrica.

C. Quia offitium offitialium super viis fontibus atque pontibus conservandis nedum utile ymo verius necessarium iudicatur et ne per offitiales forenses occasione talis

officii indebita gravamina vel molestia inferatur. Et quia sepe contingit quod curare
pontium et viarum et similium in quibus debitus modus exceditur tamen oporteret
providerit et ordinaverit ex auctoritate et arbitrio supradicto. Quod deinceps eligantur
quinque boni homines de populo perusino sex [?] ... quorum officium durare
debeat uno anno de quinque fiat sacramento et mutantur de anno in annum quilibet
quilibet sit pro sua porta. Qui teneantur et debeant saltem semel singulis duobus
mensibus ire in comitatu et inspicere et providere vias maxime principales et
publicas pontes fontes et similia, et ubi defectum in talibus invenirent
quod eorum adiacentibus locis portiones talis operis assignet per castrum et villas
prout iustum fuerit et castra et villas et eorum territoria que non reperirentur terminata
et designata distinguere terminare et designare ut eis videbitur esse [illegible]
eius. Et tales adiacentes infra tertiam diem a die talis assignationis de-
beant facere de se ipsis vel aliunde ut placuerit eisdem. Supplicitem qui
si ei faciat tale opus expensis adiacentium predictorum. Et assignetur terminus
predictis ad complendum predicta per dictum officialem competens ut qualitas
negotii suadebit. Que omnia scribantur in publicam formam et per publi-
cum notarium quem quilibet dictorum officialium ducere et habere debeat et ad sacher-
tum eligi [illegible] officialibus supradictis et eorum [illegible] infra quem terminum si tale
opus nisi legitima causa subsistente completum non sit quelibet universitas adiacen-
tium predictorum centum librarum denariorum pena mactetur de facto per iudicem iustitie au-
ferendam. Et credatur et stetur relationi officialis predicti et scripture dicti notarii.
Et nichilominus elapso tali termino per dictum iudicem ad perfectionem talis
operis realiter et personaliter compellantur ad instantiam dicti officialis et alterius cuiuscumque
petentis sub dicta pena. Qui officiales et eorum notarius dum iverint ad predicta
stare vel morari non possint in comitatu occasione predictorum ad salarium ultra quinque
dies in dictis duobus mensibus. Et habeant pro eorum salario qualibet die et quilibet eorum
Triginta soldos denariorum dictorum solvendos per massarios communis perusii sine alia ap-
podixa vel mandato sub dicta pena. Et quod dicti officiales vel notarius vel aliquis
ipsorum non possint audeat vel presumat a comitatensibus perusii vel alia persona
tacite vel expresse aliquo colore quesito recipere vel habere aliquid salarium vel aliam
rem ultra salarium supradictum. pena cuilibet contrafacienti pro vice qualibet centum
librarum denariorum. et de predictis omnibus per maiorem syndicum expresse debeat syndicari.
Aliquo non obstante.

De electione et officio revisorum officialium cassarorum et rocharum. Rubrica.

Quoniam circha custodiam cassarorum et fortilitiarum [?] in terris subiectis
et recomendatis communi perusii et in comitatu dicti communis et civitatis perusii est
solerti cura et vigilanti studio insistendum per quam custodiam terrarum
dictus et subiectis permanet pax tranquilla et communis perusii iurisdictiones et do-
minia conservantur. et evitandum pericula que possent verisimiliter eve-
nire propter castellanorum voraginem qui famulos et familia retinere ne-
gligunt ut tenentur et alia victualia quibus dicta cassara fulciuntur. pro[...]

capitulo preterito dicimus ordinandum. Et ut hec melius ordinetur et per ordinatum
habeatur et semper sit officium super mestris et revisionibus castellanorum et cassarorum
et rectorum et eorum familie. Ad quod officium eligantur et eligi debeat unus bonus
homo popularis de populo pisano et unus bonus et expertus notarius de quibus fiat
sacchectus et insacculentur de porta in portam. Quorum revisoris et notarii officium
durare debeat per sex menses et pilla qui erunt electi ad faciendum sacchectum dominorum
priorum et aliorum officialium comunis pisani fieri debeat de ipsis sacchectis. Et per quindecim
vel decem dies ante finem officii dicti officialis et sui notarii extrahatur et extrahi debeat
et in palatio ipsorum more solito sequens bonus homo et unus notarius et sic
semper fiat de sequentibus aliis bonis hominibus et notariis donec omnes extracti
fuerint. In quo sacculo insacculentur ponat et ponentur meliores et legaliores
homines et magis acti ad dictum officium exercendum quos crediderint invenire. Quod
iurare sic facere teneantur. Qui officiales et notarii sic extracti et extrahendi
statim dominis prioribus vel eorum notariis iurent et iurare debeat eorum officium et omne
id ad quod tenebuntur secundum formam presentis capituli facere operari et exercere solicite legaliter
bona fide et sine fraude. Qui bonus homo et officialis habeat arbitrium et etiam
teneatur et debeat per se absque licentia alicuius officialis comunis pisani ire ad faciendum
mostras et revisiones castellanorum omnium et singulorum et eorum familie quam tenere
debet in sua castellanaria quilibet ipsorum castellanus massaritias et fulcimenta seu
fornimenta quas tenet vel quod tenere debet saltem semel quolibet mense sub virtute
iuramenti et pena centum librarum denariorum eidem de suo auferenda ad petitionem cuiuslibet
petentis si fuerit negligens in predictis vel aliquo predictorum. Et etiam possit facere
dictas mostras et revisiones quotiens et quando sibi placuerit. Et quod sub dicto iuramento et pena
predicta teneatur et debeat diligentem investigationem facere de omnibus et singulis
ad que quilibet castellanus facere debet ex forma ordinamentorum comunis pisani. Et repertum
culpabilem puniat et cum punctaturis et reparationem punctaturam scribi faciat per eum
notarium et eam tradere domino capitaneo ut inferius continetur. Qui vendicare
sibi liceat de hiis de quibus reperitur culpabilis tempore mostrarum et revisionum
et non de alio tempore. Et quia sepe contingit et contingere potest quod dictus bonus homo
et dictus notarius infirmitate vel alio legitimo impedimento impediti sint vel
alter eorum ita quod dicte revisiones fieri non possent prout supra dictum est providerunt et
ordinaverunt quod predictus bonus homo qui impeditus esset vel dictus notarius possit
loco sui alium ydoneum substituere qui accedere debeat ad dictas mostras et re
videndas. Quorum gesta valeat et eorum relationi stetur quemadmodum staretur si esset
per dictos bonum hominem et notarium.

Ad que tenentur castellani cassarorum comunis pisani et officiales predicti. Rubrica.

Item ad hoc ut comodius dicte mostre et revisiones fieri possint et ne ulla
fraus circa custodiam dictarum fortilitiarum et in retinendis famulis per dictos ca
stellanos et alios necessarios committi possit. Quod quilibet castellanus deinceps
. Cn. de sacculo extrahendus per octo dies antequam accedat ad suum officium exercendum teneatur et
debeat pena centum librarum denariorum eidem de suo auferenda promictere se et sua bona
principaliter obligare ac etiam iurare et fideiussores seu expromissores qui principa
liter et in solidum se obligent notario dominorum priorum ancianorum vel notario reformationum

tempore sui offitii de custodiendo sollicite per se et suos familiares cassara et fortilitia
ad quod et ad que erit deputatus et de manutenendo dicta cassara et eius muni-
tiones et armamenta in bono statu et de tenendo que tenebit ad custodiam dicti
cassari et fortilitie ipsius familiam deputatam secundum formam statutorum et ordinamentorum
communis toto tempore sue castellanie. Et quod massaritias arma et alia fulcimenta
communis custodiet manutenebit et conservabit et quod restituet et reassignabit dictum
cassarum cum massaritiis et armis et aliis que invenerint futuro successori vel communi
pisano sub pena decem milia librarum denariorum et obligatione omnium suorum bonorum et de
tempore quo debebit dictos fideiussores debeat dare in scriptis et in publicam formam
notario dominorum priorum vel notario reformationum vel notario dicti boni hominis et offitialis
super mostris omnes suos famulos quos secum ducere voluerit cum nominibus et pronominibus
et locis unde sunt que portari debeat per dictos bonum hominem et notarium pro dictis mo-
stris faciendis et rendendis. Sub pena vigintiquinque librarum denariorum si contrafecerit vel ne-
gligens fuerit in predictis. // Item quod predictus bonus homo et offitialis tempore quo
equitabit et extra Civitatem exibit dictum offitium ad dictas mostras faciendas
cum duobus equis et notarius eius cum uno equo habeat et habere debeat a massariis
communis pisani sine alio precepto vel apodixa singulis diebus quibus fuerint in predictis et
ad predicta exercenda nec contingerit de pecunia et camera communis pisani videlicet dictus bonus homo
tres libras denariorum et notarius triginta soldos denariorum pena ipsis massariis et camerariis eorum
si negligentes fuerint in predicta solutione Quinquaginta librarum denariorum per suum syndicatorem
auferenda pro qualibet vice qua contrafecerit in predictis. // Item quod quilibet castellanus
debeat semper continue stare et moram trahere et etiam debeat tenere semper intus
cassarum seu murum vel barbacane seu alias fortilitias dicti cassari omnes et singulos suos
famulos quos tenere debet tempore et pro tempore sui offitii nec debeat clausuram dicti
cassari exire seu dictos famulos exire facere seu permictere sub pena et ad penam eidem
castellano pro qualibet vice qua repertus non fuerit per dictum offitialem et bonum hominem
inter dictum cassarum seu ipsius fortilitias et clausuram ipsius Centum librarum denariorum Et
pro quolibet eius famulo non reperto per dictum bonum hominem et offitialem intus predictum cassarum
et eius fortilitias et clausuram pro quolibet famulorum qualibet vice duodecim librarum denariorum
Et quia expedit ipsi castellano et sue familie habere victualia et alia utilia nec-
cessaria pro quibus oportet aliquem seu aliquos ex suis famulis mictere extra cassarum
Statuimus quod castellanus cassari civitatis castelli qui nunc est vel qui pro tempore fuerit
pro necessitatibus suis et suorum familiarium possit et sibi liceat mictere et destinare extra
cassarum et fortilitias dicti cassari duos vel tres ad plus de suis famulis. Aliis vero castel-
lanis aliorum locorum possint pro necessitatibus ipsorum et eorum familie mictere et destinare extra
dicta cassara et fortilitias ipsorum unum vel duos ad plus ex dictis famulis. Dum tamen ea die qua
exiverit extra dicta cassara pro dictis necessitatibus debeat redire et reintrare dictum cassarum
et fortilitias ipsorum et ibi moram trahere et stare sicut alii famuli dictorum castella-
norum intra dicta cassara stare debeat et prout superius dictum est. Et si dictus bonus homo
et offitialis tempore quo ibit ad dictas mostras faciendas reperierit dictos famulos secundum
formam supradictam exivisse dictum cassarum pro dictis necessitatibus tractaturi debeat eos
expectare per totam diem. Et si reversi fuerint eadem die eos punctare non debeat et pro
punctatis eos non habeat nec referat. Si vero dicta die non fuerint reversi et reintrave-
rint dictum cassarum prout supra dictum est eos vel eum punctet et pro punctato referat etc.

De offitio offitialium super pignoribus conservandis. Rubrica.

CIII. S[illegible] penes priores artium de sex mensibus in sex mensibus unus bonus et legalis offitialis de civitate Perusii penes quem omnia pignora imposterum accipienda pro communi Perusii quacumque de causa debeant poni et reponi. Qui bonus homo sic electus et debeat stare continue in una de domibus sive cameris dicti communis existentibus super voltam campi battaglie superiorum sibi assignanda per dictos priores ad recipiendum pignora supradicta et tenatur et debeat scribere in quodam libro omnia pignora sibi assignata et ex parte cuius iudicis vel offitialis accepta. Et etiam pignus scribere nomen et pronomen cuius esset in cedula scripta in carta pecudina. Dictus quidem offitialis dare et solvere teneatur baiulis et portitoribus pro eorum labore pro quolibet lecto duodecim denarios et pro quolibet alio pignore sex denarios. Et dictus offitialis habeat et recipiat pro quolibet dictorum pignorum ultra dictam summam, scilicet pro quolibet lecto quatuor denarios et pro quolibet alio pignore tres denarios et non ultra pro suo labore et mercede. Et quod quilibet offitialis dicti communis et baiuli et portitores debeant et teneantur omnia et singula pignora accipienda per eos statim dare et assignare dicto offitiali pena centum solidorum denariorum pro quolibet pignore solvendorum communi Perusii et pena dupli valoris et extimationis dicti pignoris si secus fieret, et de hoc stetur sacramento illius cuius fuit dictum pignus. Et si dictum pignus steterit per quatuor menses quod non recolligantur, quod dictus offitialis ipsa pignora debeat assignare massariis communis Perusii vel alteri eorum et bapnitum faciant quod recolligantur infra decem dies, et si non recolligerentur dicto termino elapso dicti massarii vel alter eorum bapniri faciat ad cameram eorum dicta pignora et plus offerenti dare, et pretium in pecunia numerata recipere pro communi, et solvere teneatur dicto offitiali pecuniam solutam pro dictis pignoribus per eum ut dictum est, et quatuor denarios pro quolibet lecto et tres denarios pro quolibet alio pignore. Et quod dictus offitialis teneatur et debeat dare duos bonos et ydoneos fideiussores de solvendis et restituendis dictis pignoribus, et de retinendis finito suo offitio pignoribus sibi restantibus et remanentibus suo subcessori dummodo habeat pecuniam per eum solutam ut dictum est et mercedem supradictam, scilicet quatuor denarios pro quolibet lecto et tres denarios pro quolibet alio pignore. Et quod restituat subcessori suo librum quem inde fecerit ut omnibus possit fieri copia. Et quod nulla alia persona recipiat dicta pignora pena dantis et recipientis quinquaginta librarum denariorum pro quolibet in qua pena de facto per potestatem et capitaneum debeat condempnari. Et quod dictus offitialis nichil ultra ea que dicta sunt accipere possit. Et si contrafecerit vel fraude aliqua commiserit in promittendo seu bianando vel non reassignando pignora penes eum assignanda vel alio quocumque modo fraude vel deceptionem […] viginti quinque librarum denariorum pro vice qualibet solvere teneatur. Et quod dictus offitialis de predictis debeat sindicari per sindicum aliorum offitialium communis predictis quemadmodum alii sindicantur.

De electione et offitio directorum et exequutorum communis Perusii. Rubrica.

CIIII. Omnium utilitati circha habundantiam pecunie camere communis Perusii, et ut debentes solvere dicte camere solerter temporibus debitis persolvant commoda providentes, quod etiam circa conservationem subiectorum et maxime civitatensium qui retroactis temporibus in exactionibus publicis quodomodo fuerunt exausti salubri edicto providere volentes statuimus et ordinamus per hanc legem auream inviolabiliter observari

Ex decreto per dominos Priores et capitaneos artium Civitatis pistorii noviter eligendos
seu extrahendos de sacchulo ad kalendas mensis Januarii proxime venturi pro tempore sex
mensium et sic successive ad kalendas mensis Iulii proxime venturi et de sex mensibus in
sex menses proxime venturi infra octo dies ad introytum eorum offitii in capel-
la sancti heracliani ubi congregati teneantur vinculo Iuramenti et pena Quinge-
ntarum librarum denariorum per maiorem Syndicum Comunis pistorii eis et cuilibet eorum auferenda
eligantur et debeant eligi Tres boni homines de populo pistoriensi qui vocentur
Directores, et unum expertum notarium, qui sint et esse debeant offitiales
Comunis pistorii ad sollicitandum omnes et singulas exactiones fiendas pro Comuni pistorii
de omnibus et singulis que deberentur ipsi Comuni et cuicumque camere dicti Comunis tam
conservatorum monete quam etiam Massariorum dicti comunis quam etiam offitialium campio-
nis bladi vel cuiuscumque alterius camere dicti comunis, et dicta debita cum effectu
exigi et exequi faciendi per offitialem et exactorem comunis pistorii ad hec spetialiter
deputandum. Qui boni homines et offitiales et notarius eorum ex debito dicti
eorum offitii teneantur et debeant perquirere et investigare a dictis conservatoribus
monete, Massariis et quibuscumque aliis offitialibus comunis pistorii de omnibus et
singulis debitis et exactionibus que deberentur per quoscumque et ex quacumque causa
ipsi Comuni pistorii et ipsis cameris et cuilibet earum, quorum eorum notarius de predictis
debitis registrum facere teneatur. Et quod nichilominus prefati Conservatores
Massarii offitiales campionis et alii offitiales comunis pistorii aliquid deben-
tes exigere vel recipere pro comuni et eorum notarii supradicti introytus vinculo iuramenti
et sub pena Centum librarum denariorum pro quolibet eorum teneantur et debeant infra quindecim
dies proxime sequentes a die finiti termini infra quem aliquis non solvisset
quod solvere debuisset ipsi comuni dare in scriptis per extensum dictis tribus offitia-
libus et eorum notario sub dicta pena nomina et prenomina debentium aliquid solvere et quan-
titates quas deberet, et etiam fideiussorum. Qui tres offitiales teneantur
dare eidem exactori incontinenti nomina et prenomina debentium solvere et fideiussorum et
quantitates, et instare et prestare eidem et cum offitialibus quod dictum exactorem
facere teneantur realiter et personaliter, et quibuscumque remediis infra mensem a die
sibi datorum nominum et quantitatum prefatarum postquam eis et eorum notario in scriptis
assignata fuerint, pena viginti quinque librarum denariorum pro quolibet eorum et qualibet vice
per eorum Syndicum auferenda. ¶ Teneantur insuper predicti offitiales
perquirere et investigare omnes et singulas condepnationes dominorum potestatis et capitanei
et aliorum offitialium forensium comunis pistorii fiendas in futurum que exacte non
fuerint, quas in dicto registro poni et scribi faciant per eorum notarium. Et nichi-
lominus potestas et capitaneus et alii offitiales forenses et quilibet eorum teneantur et
debeant dictis offitialibus infra octo dies a die condepnationum factarum in scriptis
dare dictis tribus offitialibus et notario nomina et prenomina hominum et personarum per eos vel
alterum eorum condepnatarum et declaratas quantitates in quibus condepnati sint
sub pena supra declarata. Quibus habitis predicti offitiales et eorum notarius

tenean̄tur ⁊ debeant dc̄o officiali exactori dare et p eundem exigi face dan-
do eidem carta ſtrum et bona talium ꝯdēpnatorum p quib; inquire debeat
quibuſcumq; modis et prout melius ⁊ habilius viderit ꝯuenire que bona pu-
blice ſubhaſtari debeat p dc̄os officiales ul̄ alios quib; dixerit ꝯmictendum
et plus offerenti dare vendere ⁊ ſtabilire / et dc̄i officiales ul̄ alij quibus
ꝯmiſſum fuerit auctoritate pntis ſtatuti intelligantur ⁊ ſint ſyndici cōis piſtorum ad
p̄dc̄a faciendum ſpeciali ꝯſtituti de quib; bonis vendere teneantur uſq; ad
integram ſatiſfactionem dictarum ꝯdēpnationum ⁊ cuilibet earum / Que venditio ⁊
ſubhaſtatio fieri debeat infra menſem a die notificationis facte dc̄o exactori de ꝯdēp-
natione p̄dc̄a / pena dc̄is officialibus ⁊ dc̄o exactori ſi negligentes fuerint in p̄dc̄is
Centum libr. den̄ p quolibet eorum / et nichilominus p̄dc̄a poſtea face ꝯpellatur.
⸿Volumus etiam ſtatuentes qd̄ p̄dc̄i tres boni homines ⁊ officiales ſic electi
ſint ⁊ ee intelligantur officiales ſup indebitis ⁊ imoderatis grauaminib;
que cotidie inferuntur ciuib; ⁊ comitatenſib; piſtoribus et alijs quibuſcumq;
qui diceret ul̄ allegaret coram eis ſe indebite ul̄ imoderate grauatos
ul̄ oppreſſos p aliqua exactione que fieret nomine cōis piſtorum ul̄ cuiuſcumq; ha-
bentis cauſam a dc̄o cōi et ab officialib; quibuſcumq; tranſmiſſis ſeu baiulis
ul̄ berruarijs ⁊ familiarib; cuiuſcumq; officialis cōis piſtorum ul̄ alijs quibuſcumq;
perſonis que grauamina indebita ⁊ imoderata illata poſſint ⁊ debeant tam p
ſe qm̄ p dc̄um exactorem prout eorum diſcretioni videbitur ꝯuenire tollere dirigere
et tolli facere dc̄a grauamina p dc̄um exactorem / qui etiam exactor circa p̄dc̄a
plenam habeat poteſtatem / et etiam in puniendis dc̄is baiulis ul̄ alijs grauato-
rib; in ipſis penis et p hijs que fecerit contra dc̄os baiulos ⁊ grauatores / et p
omnib; detentionib; grauaminib; que eis inferentur ſyndicatu non valeant ullo
modo. ⸿Et ne in poſterum comitatenſes comitatus piſtorum more ſolito indebite
agrauentur Statuimus ⁊ ordinamus qd̄ baiuli quicumq; berruarij ⁊ alij officia-
les cōis piſtorum p ipſis exactionib; debendis ipſi cōi piſtorum et debitis ul̄ alijs
emptorib; ul̄ hntib; cauſam ab ipſo cōi non poſſint ire ſeu accedere mictere ul̄ de-
ſtinare in ꝯp comitatum piſtorum ad grauandum dc̄os comitatenſes ul̄ alios in comi-
tatu ſine expreſſa licentia ⁊ bolletta ſeu ſygillo ipſorum trium officialium pena
dc̄is baiulis ⁊ alijs ꝯtrafacientib; p quolibet eorum Quinquaginta libr. den̄ de ſuo
eis ⁊ cuilibet eorum auferenda ad petitionem cuiuſcumq; petentis / cuius pene medietas
ſit ⁊ ee debeat denuptiantis ul̄ accuſantis coram dc̄o exactore / Quam medie-
tatem maſſarius cōis piſtorum ſine alio precepto ul̄ appodixa auctoritate pntis ſtatuti
ſtatim qd̄ dc̄a ꝯdēpnatio ſoluta fuerit dc̄o denuptianti ul̄ accuſanti dare ⁊ ſol-
uere teneatur pena centum libr. den̄ / Qui tres boni homines non ꝯcedant nec
permictant qd̄ aliquis ciuis piſtorius ul̄ alius preter baiulos ⁊ berruarios dc̄i
exactoris vadant in comitatum ad faciendum aliquam exactionem nomine cōis piſtorum
ul̄ alicuius ſpecialis perſone habentis cauſam a cōi / ſet ubi neceſſe fuerit ali-
quem mictere extra baiulos ⁊ berruarios / mictant unum ex notarijs dc̄i exactoris
qui baiuli ⁊ berruarij ⁊ notarius p̄dc̄us habeant ⁊ habere debeant p expenſis eorum ⁊ ſalario

Triginta solidos denariorum pro quolibet die. Set qui iverit sine notario habere debeat tantum viginti solidos denariorum pro qualibet die inter baiulum et berruarios a communi Perusii ad mandatum dictorum trium bonorum hominum sine alio precepto vel apodixa ab offitialibus communis Perusii quibuscumque pro quacumque exactione mandaverit. Et hec locum habeat qui notarius iret vel accederet pedes et sine equo. Qui non eques accederet habeat ultra quinque solidos denariorum pro qualibet die, et nichil aliud percipere vel habere possit sub pena centum librarum denariorum si contra fecerit pro quolibet eorum. Et quicquid dicti offitiales communis Perusii solverent occasione predicta debeat reabere et exigere ab hiis contra quos fiet dicta exequtio. Si vero exactionem fecerint ad petitionem singularium hominum, tunc a communi dicte singulares persone dictam quantitatem et salarium solvat, et demum reabeat ab hiis contra quos exactio fiet. Et nichilominus baiuli berruarii et alii qui dicta gravamina intulerint preter vel contra formam presentis statuti et ordinamenti de hiis gravaminibus que fecerint vel intulerint contra vel preter dictam formam accusari possit coram potestate vel capitaneo de furto vel robbaria, non obstante aliqua alia licentia sibi concessa per quoscumque alios offitiales, que sibi patrocinari non debeat in aliquo.

Et quia pessimum genus exactorum et baiulorum est pignora que accipiunt et gravamina que inferunt modicum curat publicare seu manifestare set potius ipsa celant et occultant et in eorum commodum convertant et retinent. Statuimus et ordinamus quod quilibet baiulus vel alius quicumque dictis exactoribus pignora quecumque acceperit seu gravamina intulerit teneatur et debeat ipsa denumptiare et referre notario trium offitialium infra decem dies a die illati gravaminis, sub pena decem librarum denariorum pro quolibet baiulo vel alio et qualibet vice. Que pena per dictum exactorem debeat auferri de facto. Et nichilominus si dictam relationem non fecerint infra dictum tempus possit coram potestate vel capitaneo de furto vel robbaria accusari, non obstante aliqua licentia sibi concessa, que exnunc pro nulla et cassa haberi debeat ipso iure.

Teneantur etiam prefati baiuli vel alii animalia quecumque abstulerint et alia pignora reddita facere vel apportari in Civitate Perusii vel ad alium locum ubi dictis tribus offitialibus videbitur assignandum, isti vel illis quibus dicti tres offitiales et boni homines dixerint eligendos vel eligendum infra dictum terminum sub dictis penis.

Prefati offitiales teneantur et debeant ad minus duo ex eis cum eorum notario et cum dicto exactore et eius offitialibus vel saltem cum coadiutore dicti exactoris et cum tribus vel duobus ex notariis eiusdem saltem duobus diebus in ebdomoda, videlicet die veneris et die sabbati, sub volta sancti Herculani publice sedere et moram trahere ad audiendum quemlibet querelantem. Et habeant et habere debeant dicti offitiales et eorum notarius et quilibet eorum pro eorum salario dictorum sex mensium auctoritate presentis statuti sine alia apodixa vel mandato viginti quinque florenos auri pro quolibet eorum a conservatoribus monete communis Perusii. Et ultra dictum salarium aliquid aliud habere vel percipere non possit, possit tamen eorum notarius pro qualibet licentia quam scripserit vel subscripserit percipere a privatis personis duodecim denarios pro qualibet licentia, et ultra dictum salarium aliquid non debeat recipere vel habere. Et si contingerit quod aliquis dictorum trium bonorum hominum vel eorum notarius infirmaretur, moreretur vel ex aliqua iusta causa se absentaret, quod eo casu domini Priores eorum alium possit et debeat

loco dicti talis ponere et substituere sive subrogare alium. Et hoc capitulum et contenta in eo locum habeant in futuris.

De ordinatione consiliorum Civitatis pisarum. Rubrica.

Ad hoc ut nostra res publica beate et recte regatur et gubernetur, Statuimus quod consilia Civitatis pisarum et nostre reipublice sint ista, videlicet consilium dominorum priorum artium Civitatis pisarum sit primum qui debet esse decem. Consilium
CV dominorum priorum et camerariorum artium ipsius Civitatis quorum camerariorum numerus totus est Quadraginta octo sit secundum. Consilium ipsorum camerariorum et Triginta duorum artificum de arte mercantie et sedecim artificum de arte cambii et octo artificum de qualibet alia arte magna qui artifices scripti sint in matricula ipsius artis et quatuor artificum de qualibet arte parva de artibus parvis ipsius Civitatis qui etiam quatuor artifices sint et esse debeant scripti in matricula ipsius artis sit tertium consilium. Item consilium ordinarie generalis Quingentorum seu Trecentorum artificum de artibus dicte Civitatis qui etiam scripti sint in matriculis ipsarum artium sit quartum consilium. Item consilium maximum arenghe seu arenghi et parlamenti sit quintum. Item consilium generale sit sextum. Item consilium maius sit septimum. Item consilium populi sit octavum. Que octo consilia fiant et fieri debeant modis formis et solempnitatibus infrascriptis. Et que consilia habeant et habere debeant potestatem auctoritatem et bayliam prout infra singulariter denotatur.

De consilio dominorum priorum et eorum auctoritate. Rubrica.

Consilium dominorum priorum septem ex eis in singulis in concordia existentes habeat auctoritatem et arbitrium proponendi et propositas faciendi, nec non providendi et
CVI ordinandi quicquid eis videbitur et placebit super custodia Civitatis et comitatus et super habundantia bladi in Civitate et comitatu pisarum. Divino per hoc arbitrium non possit facere vel ordinare aliquid contra formam statutorum in hoc volumine contentorum, et super omnibus aliis que commissa eis essent ex forma statutorum in hoc volumine expressorum.

De consilio dominorum priorum et eorum auctoritate Rubrica

De consilio Camerariorum et eorum arbitrio atque auctoritate. Rubrica.

Consilium camerariorum artium tantum convocetur et congregetur et convocari et congregari debeat semper super hoc prius deliberatione per dominos priores artium ipsius Civitatis septem ex dictis decem ad minus in concordia ut premittitur existentes, et etiam facta deliberatione inter eos de omnibus et singulis que in dicto consilio proponere voluerint
CVII uno die ante vel saltem in necessitatis casu antequam campana sonet vel pulset et sonare vel pulsare incipiat ad ipsum consilium, de quo fiat et fieri debeat publica scriptura manu cancellarii comunis pisarum sive manu notarii dominorum priorum quod tamen in negotiis mere comunis pisarum dicto comuni expedire locum habere volumus in quibus omni tempore volumus providere posse. Et congregari debeat in palatio ipsorum dominorum priorum pulsata campana secundum formam statutorum. In quo consilio adesse et presentes esse debeant ad minus Triginta Camerarii ex omnibus camerariis. Et consilio congregato super propositis et super omnibus et singulis que in ipso consilio proponentur per aliquem ex dictis dominis prioribus artium septem ex eis ad minus presentes in eodem consilio et in concordia existentes debeant ipsi camerarii bonum et utile quantum poterunt consilium exhibere. Et de consilio secundum consilium unius vel plurium ex ipsis camerariis quod vulgus redditum fuerit electum per ipsos

De consilio Camerariorum et eorum arbitrio atque auctoritate Rubrica

dominos Priores inter omnia consilia reddita fieri debeat inter ipsos cives Camerarios
presentes scruptinium et partitum hac forma videlicet sicut tractatum de factis et negotiis Comunis
Perusii vel ad ipsum Comune pertinentibus et spectantibus quocumque modo fieri debeat scrup-
tinium et partitum cum bussolis et fabis et ad bussolas et fabas ut moris est
vel de sedendo et surgendo seu adlevando prout ipsis dominis Prioribus magis
conveniens videbitur. Quando tractatum fuit de factis et negotiis singularum
et privatarum personarum fiat et fieri debeat tantum inter dominos Priores et inter dominos
Priores et Camerarios scruptinium et partitum dumtaxat cum bussolis et fabis et ad
bussolas et fabas et non aliter, pena Priori proponenti et partitum mittenti et notario
scribenti aliter et alio modo quam dictum sit Centum librarum denariorum pro vice qualibet, et quod ob-
tentum fuit in scruptinio et partito per viginti ad minus ex omnibus dictis Triginta
Camerariis presentibus, cum viginti concordes sint de eo quod positum fuit in scrup-
tinio et partito, vel si in consilio plures fuerint Camerarii presentes quam Triginta
et obtentum fuit per duas partes de tribus partibus totalibus omnium Camerariorum
presentium in scruptinio id tantum firmatum deliberatum et provisum debeat, et quod
statutum firmatum deliberatum et provisum fuit plenam et efficaciem habeat fir-
mitatem. Et dictum consilium habeat et habere debeat potestatem auctoritatem arbitri-
um et bayliam in casibus infra descriptis et non in aliquibus aliis casibus.
Primo debeat habere et habeat et habere intelligatur arbitrium potestatem auctoritatem et
bayliam tractandi et ordinandi de cassando et aggregando super scruptinium
consilium ipsorum Camerariorum et artificum, scilicet certo artificum pro quolibet Camerario de
qualibet arte magna, et quatuor artificum de qualibet arte parva ut in ipso
consilio Camerariorum et artificum tractetur et ordinetur aliquid quod possit in ipso consilio
tractari et ordinari. Item habeat et habere intelligatur dictum consilium Camerario-
rum arbitrium potestatem et auctoritatem super novis casibus occurrentibus de quibus
vel super provisum non esset ex forma alicuius statuti in presenti volumine existentis.
Dummodo obtineri debeat per viginti Camerarios de numero Triginta, Et si plures
fuerint triginta in consilio obtineri debeat ad minus per duas partes presentium
ipso consilio ad bussolas et fabas misso partito. Habeant etiam arbitrium et
auctoritatem providendi ordinandi et reformandi pro persequtione rebellium et proditorum
Comunis Perusii quicquid eis videbitur expedire, Salvo et excepto quod nichil possit
providere proponere vel deliberare in favorem Rebellium vel confinatorum dicti Comunis.
Item habeat et habere intelligatur plenum et generale arbitrium providendi et
ordinandi unde et quo pecunia veniat in Comuni, Dummodo quod per tale arbitrium
non possit rebannire aliquem exbannitum et condempnatum Comunis Perusii.
Item arbitrium habeat pro conservatione et manutentione in bono et pacifico
statu Civitatis et comitatus Perusii et Terrarum recomendatarum et subiectarum dicti
Comunis Perusii. Habeat etiam arbitrium providendi ordinandi et reformandi
quod Ius et Iustitia omnibus observetur, Dummodo de aliquo processu pendenti vel
super eo non possit aliquid providere vel ordinare, Et omnis eis potestas ad provi-
dendum super aliquo processu pendente auctoritate presentis legis intelligatur esse abla-
ta et totaliter revocata si et quatenus virtute alicuius legis in presenti volumine po-
site videretur esse concessa directe vel per obliquum. Item arbitrium

habeat disponendi qua adunanza generalis congregari deberet, dummodo primo et an-
omnia quod congregaretur obtineatur inter eos ad bussolas et fabas secundum quod
fuit de factis et negotiis singularum et privatarum personarum. Similiter tractaretur de
factis et negotiis eorum comuni suffragantibus mittere partitum de sedendo ad levandum
et ad ipsam congregandam procedi debeat secundum modum et formam traditam in presenti
volumine statutorum. et aliter arbitrium hic non intelligatur in faciendo dictam
adunantiam congregari vel in disponendo quod dicta adunanza congregetur. et si aliter
fieret quicquid factum esset vel dispositum in eadem adunanza generali nichil
valeat non obstante aliqua absolutione seu proposita absolutione fienda in ea-
dem adunanza generali. Et facientes seu disponentes aliter teneantur ad penam
tam priores quam camerarii centum librarum denariorum pro quolibet auferendam ab eis per
maiorem syndicum tempore syndicatus eorum. Item quia in fine offitii
cuiuslibet prioratus congregari solet dictis camerariis in palatio capitanei populi ad re-
videndum gesta per ipsos dominos priores tempore eorum offitii, et ea que videntur
per ipsos camerarios non recte gesta solent facere puntari de quibus punta-
turis numquam aliquis bonus fructus fuit effectus ymo potius est quoddam
truffatorium quod non est conveniens. Providerunt et statuerunt quod notarius qui
erit ad dictas puntaturas faciendum una cum collaterali domini capitanei
teneatur et debeat in publicam formam redigere quicquid puntatum erit. et
illud infra tres dies a die dicte puntature fiende dare et assignare dominis prioribus
artium in offitio presidentibus. Qui domini priores teneantur et debeant ad penam
centum librarum denariorum pro quolibet eorum infra secundam diem vel tertiam facere congregari consilium
camerariorum puntantium et discutere dictas puntaturas et tangere et dispo-
nere de ipsis puntaturis antequam recedat a palatio postquam fuerint congregati quicquid
disponendum et determinandum eis videbitur. et potestatem habeant tam in
cassando quam in affirmando quam etiam in corrigendo. Et quicquid per dictos dominos
priores et camerarios dispositum correctum vel approbatum fuerit habeat plenariam ro-
boris firmitatem et executioni mandetur. Que etiam fieri debeat et executioni
mandari per eosdem ad penam quingentarum librarum denariorum auferendam per maiorem
syndicum tempore syndicatus eorum. super quibus presentem dominis prioribus etiam
auctoritatem habeant et arbitrium ac potestatem plenariam. Item presentium
consilium dominorum priorum et camerariorum auctoritatem habeat et arbitrium in aliis in
hoc volumine contentis de novo offitio tractantibus.

nota quod sufficiat ut habeant ... [illegible]

De consilio camerariorum cum quibusdam artificibus artium et cum auctoritate bta.

De consilio cam. cum quibusdam artificibus artium et cum auctoritate bta.

Cviij.

Consilium camerariorum et triginta duorum artificum de arte mercantie
et sedecim artificum de arte cambii et octo artificum de qualibet alia ar-
te magna et quattuor artificum de qualibet arte parva. Quos octo arti-
fices pro quolibet camerario de qualibet arte grossa sive magna et quattuor de
qualibet arte parva quilibet camerarius et quilibet ex consulibus mercatorum et quilibet
ex auditoribus cambii eligere debeat meliores et magis ydoneos de sua arte et
collegio sue artis. et ipsos ad dictum consilium secum ducere fieri gravari et congregari
possit et debeat secundum quod statutum fuit et ordinatum in consilio cum tamen ad minus
per unam diem ante de faciendo ipsum consilium camerariorum et artificum. ut in ipso
consilio camerariorum et artificum tractetur et ordinetur aliquid quod tractari vel ordinari
possit in uno consilio. Et si primo obtentum et firmatum fuit in dicto consilio camerariorum

quicquid tractandi et ordinandi et firmandi erit in ipso consilio cameriariorum et artificum, et non aliter possit ipsum consilium cameriariorum et artificum conveniri et congregari nec in eo aliquid fieri vel proponi. Et conveniatur ipsum consilium cameriariorum et artificum in palatio dominorum priorum artium secundum formam predictam. In quo consilio debeant esse presentes ad minus triginta cameriarii et artifices singularium artium in numero supra scripto vel saltem due partes ipsorum hominum et artificum. Et in proponendo consulendo et scruptinium et partitum ponendo servari debeat quod dictum est de consilio cameriariorum tantum, et id quod obtentum fuerit in scruptinio et partito per duas partes de tribus totalibus omnium cameriariorum et artificum presentium in consilio ad bussolas et fabas albas et nigras simtertatum fuerit de factis et negotiis singularium et privatarum personarum. Si vero tractaretur de factis et negotiis communis primo ad bussolas et fabas sive ad sedendum et levandum firmari debeat statui et ordinari in casibus dumtaxat quibus auctoritatem et arbitrium habet vigore legum in presenti volumine expressarum, et aliter vel alio modo obtentum nullius sit valoris et efficacie vel momenti. Ipsum quoque consilium cameriariorum et artificum habeat et habere debeat potestatem auctoritatem et bayliam in casibus infra descriptis et non in aliquibus aliis. Habeat dictum consilium potentiam auctoritatem et arbitrium tractandi et ordinandi de faciendo conveniendo et congregando adunantiam generalem que congregari non possit sine deliberatione dicti consilii. Item habeat et habere intelligatur arbitrium et potentiam super conducta gentis armigere tam pedestris quam equestris ultra numerum consuetum et determinatum secundum formam statutorum communis perusii tempore necessitatis et opportunitatis dicto communi incumbentis. Item auctoritatem habeat et arbitrium super ambaxiatoribus ad romanam curiam destinandis, et super salario eisdem ambaxiatoribus statuendo, dummodo non possit destinare ultra numerum trium ambaxiatorum laycorum tantum ad curiam supradictam. Item auctoritatem habeat et arbitrium expendendi de quacumque pecunia dicti communis usque in quantitatem duorum milium florenorum auri inclusive in casibus dumtaxat dicto communi necessariis et opportunis pro tempore occurrentibus facta prius deliberatione de dicta pecunia expendenda et de numero quantitatis ab inde infra vel usque in dictam quantitatem inclusive per consilium dominorum priorum et cameriariorum artium dicte civitatis ad bussolas et fabas albas et nigras vel de sedendo ad levandum, et aliter expensum seu dispositum nullum sortiatur effectum. Item auctoritatem habeat et arbitrium providendi et ordinandi quicquid necesse vel opportunum occurreret in et super facto campionis carnium et tam de fiendi pecunia et quod etiam danda et mutuanda de quacumque pecunia dicti communis et aliis occurrentibus circa predicta et quodlibet predictorum. Item auctoritatem habeat et arbitrium providendi super actonamie tam civitatis quam comitatus quicquid sibi videbitur conveniens et opportunum fore, cum occasione possit expendere et expendi facere de quacumque pecunia dicti communis. Item in aliis sibi in hoc volumine contentis de eorum offitio tractantibus.

Consilium generalis adunantie. Rubrica.

.. lu. grali et adunantie [illegible]

.CVIIII. Consilium adunantie generalis seu adunantia generalis sit et esse debeat de quingentis seu trecentis artificibus civitatis perusii scriptis et qui scripti sint in matriculis ipsarum artium et non de potentioribus seu de minori

nimo supradicto. Et ipsum Consilium seu ipsa Adunantia fieri convocari et congregari possit
et debeat, si et quatenus tractatum ordinatum et deliberatum fuit in dicto consilio
Camerariorum mercatorum, et etiam si tractatum ordinatum et deliberatum fuit in dicto sequen-
ti consilio camerariorum et artificum, scilicet octo artificum per quos camerarios
de qualibet arte magna, et quatuor artificum de qualibet arte parva ad ipsam adu-
nantiam generalem faciendo convocando et congregando, et si et quatenus tractatum
ordinatum et deliberatum fuit in dictis consiliis et utroque ipsorum quicquid tractandum
ordinandum et deliberandum venit in ipsa Adunantia generali. Et non aliter possit
ipsum consilium adunantie generalis seu ipsa adunantia generalis convocari nec congre-
gari nec in ipsa adunantia generali aliquid fieri. Et si aliter congregaretur quicquid
in ea fieret vel obtineretur seu reformaretur nullius sit valoris vel momenti.
Congregantes non vel adunantes aliter pena incidant Mille librarum denariorum pro quolibet
auferenda de facto per maiorem Syndicum Communis pisani, non obstante ali-
qua absolutione proponendi seu licentia absolvendi in eadem adunantia facienda.
Et convocetur et congregetur et convocari et congregari debeat ipsa adunan-
tia generalis in palatio dominorum Priorum in die et sole lucente dante super terram
non autem in nocte et tenebris noctis ipsa superveniente de precedenti ipsam convocantes
dicte adunantie et campana pulsata. Et in proponendo et consulendo in
dicta adunantia seu consilio dicte adunantie servetur forma et solempnitas que scripta
est supra de aliis precedentibus consiliis scruptinium et partitum fiat et fieri debeat
dicta electione consiliariis et hominibus dicte adunantie de sedendo vel surgendo et stando
et id quod obtentum fuit in scruptinio et partito per duas partes de tribus totalibus omnium
hominum qui essent in dicta adunantia sedentium et qui sedere debeat dicta electione
et reliqua tertia parte hominum surgente vel stante debeat firmari statui et or-
dinari. Habeat quoque dictum consilium seu dicta adunantia potestatem auctoritatem bay-
liam et arbitrium in omnibus et quibuscumque casibus et de quibuscumque factis et rebus
de quibus et in quibus potest disponere et providere civitas pisana quia quod et quatenus et
quantum licet et licere potest civitati pisane et populus pisanus ut possit ipsum consilium seu
ipsa adunantia quecumque pariter magna et maiora et ardua et in quibuscumque casibus
et de quibuscumque factis disponere statuere ordinare et facere prout et sicut posset et pot-
est ipsa civitas pisana et totus populus pisanus. Et quecumque iam disposita statuta
ordinata et facta tollere et revocare, Eo excepto solum quod non possit dicta adunantia
tollere nec revocare irritare vel infringere ea que iam facta disposita statuta
et ordinata essent vel fuisset per consilium Arenghe seu Arenghi et parlamenti
vel contra vel preter ea que facta essent vel fuissent in dicto consilio Arenghe seu Aren-
ghi facere vel disponere directe vel indirecte, vel de faciendo vel disponendo contra
vel preter aliquo modo tentare. Et in nulla Adunantia de predictis fiendi vel
inveniri possit ultra quinque propositas ad plus. Et si plures quinque mitterentur
non valeat quicquid super illis fieret que esset ultra quintam. Et nichilominus
nus Priores ultra proponentes incidant penam Quingentarum librarum pro qualibet
ultra quinque.

De notificatione fienda per notarios quod aliquid relinqueretur Communi. Rubrica.

Si testator aliquid Communi pisani reliquerit mox postquam obierit testator notarius certiorare debeat massarios Communis pisani et demonstrare et dare relictum in publicam formam dictis massariis. Qui massarii incontinenti teneantur et debeant registrum facere infra tertiam diem post restitutionem dicti legati et relicti per unum ex eorum notariis in quodam libro per se, qui liber debeat esse semper in dicta camera, et unum homini faciant massarii predicti sub pena Centum librarum denariorum, et registratore facto mictere dictum legatum seu instrumentum dicti legati incontinenti ad tres bonos homines deputatos super executionibus faciendis super debitis et debendis dicto Communi quod fieri faciant executionem quam dicti tres boni homines fieri faciant prout alias executiones fieri facere tenentur. Teneantur etiam dicti massarii sine aliqua preceptione vel mandato dare et solvere dicto notario assignanti dictum legatum duodecim denarios pro qualibet libra sine detentione alicuius gabelle. Notarius vero qui fuerit rogatus et requisitus non restituerit infra decem dies a die mortis testatoris vel postquam ad eius notitiam pervenerit de morte dicti testatoris legatum vel quodlibet ... quod fuerit relictum Communi, duplum eius quod continetur in relicto pene nomine solvere compellatur de facto, cuius pene tertia pars sit demonstrantis et residuum Communis pisani. In preteritis vero notarii teneantur et debeant assignare legata facta Communi pisani de quibus rogati fuissent infra mensem a die publicationis presentium statutorum sub dicta pena, et habeant notarius qui assignaverit tale relictum de quo ipse fuisset rogatus vel de quo fuisset rogatus aliquis notarius mortuus quatuor soldos denariorum pro qualibet libra quantitatis quam caperet tale relictum. Et si dicti massarii non fecerint registrum ut dictum est puniantur pena Quinquaginta librarum denariorum, et de hoc expresse debeant syndicari. Item quilibet notarius intra octo dies post mortem testatoris cuiuslibet persone legatum ei factum a dicto testatore teneatur et debeat penitus assignare et notificare, et in publicam formam reddere volentibus sibi restituere receptam dignam mercedem, et qui contrafecerint Communi pisano solvere teneatur et debeat dictam penam. Salvo quod predicta intelligantur in legatis dicte Civitatis et non dicti comitatus, et quod ad notitiam dicti notarii pervenerit ut supra dictum est.

De premio capientis homicidam et certos alios malefactores. Rubrica.

De premio capientis homicidam et certos alios malefactores

CXI. Statuimus, quod cum multa maleficia et percussiones committantur in civita-
te burgis et suburgis civitatis et comitatus Pisani nec capiuntur homicidae et percussores et alii malefactores, ad hoc ut timore pene facientes ab huius-
modi maleficiis valeat penitere, quod si aliquis fuerit robbator stratarum vel publi-
cus et famosus fur seu latro vel commiserit aliquod homicidium in civitate
burgis seu suburgis vel in comitatu dicte civitatis vel aliquem cum armis cum
sanguine percusserit, cuilibet liceat talem robbatorem stratarum publicum et famo-
sum furem seu latronem vel homicidam vel percussorem capere. Et si talis robba-
tor stratarum vel publicus et famosus fur seu latro vel homicida vel percussor
fuerit captus et in fortiam communis Pisani ductus et presentatus potestati vel ca-
pitaneo, habeat et habere debeat capiens ducens vel presentans seu capientes ducentes
vel presentantes dictum capitaneum vel potestati robbatorem stratarum vel publicum et fa-
mosum furem seu latronem seu homicidam a massariis communis Pisani centum
libras denariorum sine alio precepto vel mandato ut infra continetur. Et capiens ducens
vel presentans seu capientes ducentes et presentantes dictis potestati vel capitaneo percusso-
rem cum armis cum sanguinis effusione habeat et habere debeat a dictis massariis
statim viso instrumento presentationis sine alio precepto vel mandato ut infra continetur
quinquaginta libras denariorum; quas pecunie quantitates captus ductus et presentatus
ultra penam quam solvere debet pro maleficio debeat postea de suo proprio
solvere et reddere dictis massariis communis Pisani, nec prius relapsetur donec
solverit illam pecunie quantitatem dictis massariis quam dicti massarii pro eo solverint.
Que premia dicti massarii auctoritate presentis statuti teneantur et debeant dare et solvere
dictis premiandis viso instrumento presentationis scripto manu alicuius notarii de civitate
vel comitatu Pisano sine aliquo alio precepto vel mandato, pena vigintiquinque librarum
denariorum ipsis massariis inferenda si negligentes fuerint in predictis. Suspensionem proderit
non debebit in toto vel in partem. Et si suspensio proderit debebit in toto vel in partem
tunc dictis massariis seu communi Pisano de dictis quantitatibus nulla satisfactio fiat.

De grassiis tenendis. Rubrica.

De grassiis tenendis. Rubrica

CXII. Statuta supra scripta facta de persequendo et capiendo malefactores observentur
et executioni mandentur cum hac addictione quod aliquis et qualibet persona possit
capi et offendi impune et observentur et executioni mandentur ipsa statuta et or-
dinamenta per potestatem et capitaneum pena quingentarum librarum denariorum pro quolibet eorum.
Et ad hoc ut malefactores in civitate et burgis Pisanis maleficia committentes faci-
lius capiantur, statuimus quod fiant et fieri debeant per commune centum grassia de
ferro ordinata et acta ad capiendum malefactores qui maleficia committentur in civi-
tate vel burgis Pisanis, que grassia fieri facere teneantur massarii communis Pisani de pecunia
dicti communis. Et ipsa annuatim assignentur et tradantur per massarios dicti communis qui pro tempore
fuerint illis civibus et in civitate vel burgis habitantibus qui electi fuerint per dominos
priores artium tempore quo eligentur debentes tenere claves cathenarum, ita quod per
qualibet portam in civitate et burgis assignentur et tradantur viginti grassia
viginti hominibus. Qui grassiarii curare debeant et solerte curam habere per tempus omni
cum de capiendo malefactores qui commisissent homicidia vel percussiones cum effusione

sanguinis in Civitate vel burgis paduani, et pro ipsis malefactoribus capiendis ubi possit
dictis graffiis quandoque ad petitionem et requisitionem ac etiam ad clamorem ipsorum graffiariorum
teneatur viciniam et alii qui clamorem audiverint et audire poterunt iuvare ipsos
graffiarios ad capiendum tales malefactores et ipsis graffiariis prestare opem et fauo-
rem iuxta posse. Et si ipsi graffiarii in non capiendo ipsos malefactores et auxilium
in vocando fuerint negligentes puniantur per potestatem vel capitaneum de facto sine
processu aliquo et iuris ordine obmisso pro vice qualibet in viginti quinque libris denariorum pro
quolibet contrafaciente. Illi vero qui requisiti ab ipsis graffiariis vel quorum clamorem
audiverint eos non iuvaverint vel eis opem non prestiterint ad predicta similiter et eodem
modo puniantur videlicet contrafaciens quilibet pro vice qualibet in viginti quinque libris denariorum.
Et ad hoc ut studiosius ipsi graffiarii curent predicta facere habere debeat quilibet
eorum pro salario suo pro dicto uno anno a dictis massariis decem libras denariorum. Que
graffia teneri debeat per dictos quibus assignabuntur in diebus quibus camere sta-
bunt aperte super hostio camere et semper sint parata ad dictos malefactores capiendum.
Et qui non tenuerit ut dictum est puniatur vice qualibet in viginti solidis denariorum
per potestatem vel capitaneum qui ad inquirendum pro tenentibus vel non tenentibus mane
debeat mictere familiam cuius relationi stetur, quam penam exigere faciat de facto
omni iuris solempnitate obmissa. Et si contingeret quod tempore talis capture a dictis
graffiis offenderentur dictus capiendus dicta offensio penitus sit impunis et ad
aliqua penam graffiarius offendens minime teneatur.

De primo capiente vel indicante aliquem exbampnitum vel confinatum pro maleficio. Rubrica.

CXIII.

De primo capiente vel indicante aliquem exbampnitum vel condempnatum pro maleficio. Rubrica.

Statuimus et ordinamus quod quicumque in civitate, comitatu vel districtu paduani
vel forensis ceperit aliquem legitime exbampnitum et condempnatum communis paduani pro
maleficio, et eum duxerit et representaverit coram potestate vel capitaneo communis paduani
de qua representatione et reassignatione appareat publicum instrumentum scriptum manu cuiusque
notarii de civitate vel comitatu paduani, si idem exbampnitus fuit exbampnitus et condempna-
tus pro maleficio unde vel ex quo debeat perdere personam in toto vel in parte principaliter
vel in defectu solutionis et eam perdiderit in totum vel in partem vel non perdiderit ut quia
per comune paduani ex gratia fuit liberatus a pena vel extractus de carcere amore dei vel au-
fugerit vel evaserit vel naturaliter decesserit ante executionem pene personalis vel ex eo quod
pena pecuniariam solverit in cuius solutionis pene pecuniarie defectu debeat perdere perso-
nam in totum vel in partem, quod habeat et habere debeat de bonis et avere communis paduani dictus capi-
ens et in fortiam communis paduani ducens et representans a massariis communis paduani sine alio precep-
to vel mandato quinquaginta libras denariorum. Quicumque autem ceperit aliquem
homicidam exbampnitum qui in platea communis paduani commiserit homicidium et eum potestati
vel capitaneo representaverit et in fortiam alicuius eorum miserit, centum libras denariorum a
massariis communis paduani habere debeat sine aliquo precepto vel mandato. Si vero fuerit
officialis communis paduani capiens et ducens habeat et habere debeat dictas quinquaginta libras
denariorum, eo ipso quod ceperit per se vel familiares et in fortiam communis paduani duxerit ut supra
dictum est. Sin vero non fuerit facta executio pene personalis talis exbampniti et condemp-
nati pena personali in defectu solutionis sed soluta fuerit pena pecuniaria eo casu habeat
et habere debeat officialis capiens et ducens per se vel suam familiam pro qualibet libra

quantitatis que soluta fuit duos soldos den. ¶ Si vero offitialis vel alius quicumque ceperit aliquem alium legitime exbapnitum et condempnatum comunis perusii pro mallio in pecunia simpliciter quod habeat capiens supradictus et in fortiam comunis perusii ducens et repsentans pro qualibet libra sue condempnationis que soluta fuit in comuni duos soldos den. pro libra. ¶ Et si eveniret quod captus et ductus non solverit condempnationem pro qua fuit captus toto tempore regiminis illius offitialis cuius tempore fuit captus vel ex cuius prefuerit recommendatus in carceribus comunis perusii habeat capiens de bonis comunis perusii si fuerit exbapnitus et condempnatus in centum libris vel a centum libris supra denarios duodecim pro qualibet libra et a centum libris infra duos soldos den. pro qualibet libra condempnationis quam venire fecerit in comuni. Et predicta non intelligantur in exbapnitis et condempnatis pro debito vel inobedientia ex eo quod non stetissent in palatio vel actione introytus vel dapni dati. Et talis captus non prius relapsetur quam dicta condepnatione de eo fiat et totum id quod camerario solverit et dederit pro captura restituat comuni et reddiderit cum effectu. ¶ Et ad hoc ut sciatur quid est solutum captoribus per camerarium notarius qui pro captura fecerit apodixam scribi facere teneatur per notarium qui est conservator librorum armarii comunis perusii iuxta condempnationem talis capti qualiter est captus et quantum solutum est pro captura et etiam scribi facere in libro recommendationum carceratorum qualiter est captus et quod solutum est pro captura ad hoc ut resciatur tempore relapsationis. ¶ Quicumque indicaverit potestati vel capitaneo vel alteri eorum familie aliquem qui sit exbapnitus et condempnatus pro mallio et actione talis indicationis contingat huiusmodi exbapnitum et condempnatum capi et in fortia comunis perusii duci et pervenire quod talis indicans quintidecimam partem eius quantitatis que pervenerit in comuni actione condempnationis de huiusmodi exbapnito habere debeat. Et potestas et capitaneus eidem dare facere teneatur de condempnatione predicta que pervenerit in comuni. Quas pecunie quantitates massarii comunis perusii solvere teneantur sine alia apodixa vel mandato facta fide dominis massariis vel aliis offitialibus comunis perusii de exbapnimento condempnationes et captione representatione et indicatione capti predicti simpliciter et de plano sine strepitu et figura iuditii et sine oblatione et porrectione petitionum et intentionum fienda et relinquenda prioribus artium et eorum noto.

¶ Potestas insuper et capitaneus deinceps eligendi et eorum offitiales et familia pro exbapnitis per eos captis vel capiendis qui non solverint tempore offitii eorum nichil pro ipsis exbapnitis vel captura habeant a comuni perusii vel aliqua spetiali persona. Sed de illis exbapnitis et condempnatis tantum qui solverint tempore eorum offitii habeant secundum formam statuti non obstante aliquo statuto vel ordinamento in contrarium loquente. ¶ Dominus quicumque potestas et capitaneus et eorum offitiales et familiares et aliquis offitialis forensis et aliquis baylivus comunis perusii et aliquis eorum non habeant nec percipiant nec habere nec percipere possint a comuni perusii nec ab aliqua universitate et spetiali persona aliqua pecunie quantitatem nec aliquid aliud pro eo quod indicaverit ceperint vel in fortiam comunis perusii duxerint vel puniret condempnaret vel iustitiaret aliquem vel aliquos malefactorem vel malefactores non condempnatos vel exbapnitos comunis perusii vel pro eo quod condempnationes facte per eos exequentur et quod pro predictis nulla

solutio vel satisfactio eis fieri debeat per camerarium Perusii vel aliquem offitialem dicti comunis vel alium non obstante aliquo statuto generali vel speciali in contrarium loquente.

Volumus insuper quod si obiciatur in presenti capitulo vel alibi est firmatio de dicente aliquem in fortiam comunis Perusii intelligatur quis dicere in fortiam comunis Perusii nisi aliud sit expressum certo quod prestiterit assignat et tradit aliquem potestati vel capitaneo vel alicui ex iudicibus vel iudicibus seu sotiis vel notariis alicuius eorum vel dominis prioribus artium. Et ille intelligatur dictus et esse in fortia comunis Perusii qui est presentatus assignatus et traditus potestati vel capitaneo vel alicui ex iudicibus vel militibus seu sotiis vel notariis alicuius eorum vel dominis prioribus artium. Et quod idem est de assignatione fienda militibus seu sotiis et notariis intelligatur existentibus in Civitate Perusii.

De non permictente se rimari per armis et dicente iniuriam familie potestatis vel capitanei et de pena offitiali danda de condepnationibus armorum. Rubrica.

Cxxiij. Quicumque non permiserit se rimari per armis a familia potestatis vel capitanei vel alterius offitialis habentis potestatem rimandi vel cercandi per armis vel ea occasione dixerit aliquam iniuriam familie seu alicui de familia potestatis vel capitanei vel alterius offitialis habentis auctoritatem cercandi vel rimandi per armis ut dictum est de amputando membrum vel offendendo in persona dicti quinquaginta libris denariorum pro vice qualibet solvere teneatur. Et si aliam iniuriam verborum dixerit viginti quinque libris denariorum solvere teneatur. Et in dictis casibus possit cognoscere et punire in dictis penis ille offitialis cuius fuerit familia passa iniuriam. Et si offenderit in persona duplicia pena puniatur qua puniri deberet privatus offendens alium privatum et tunc per alium offitialem quam per eum cuius familia fuerit iniuriam passa punitio fiat. Et credatur militi vel iudici vel notario qui esset cum familia alterius comunis.

Et potestas et capitaneus et quilibet alius offitialis habens potestatem rimandi per armis et quilibet eorum cuius familia invenerit arma vetita portari si arma fuerit inventa in civitate burgis vel suburgis vel comitatu Perusii habeant duos soldos denariorum pro libra qualibet eius quantitatis qua venire fecerint in comuni. Et si arma fuerint inventa in palatio potestatis vel capitanei vel alterius offitialis comunis Perusii vel in platea vel in cimeteris iuxta plateam vel inter bancharias cimeterio iuxta plateam habeant quatuor soldos denariorum pro libra eius quantitatis qua venire fecerit in comuni. Quam quantitatem massarii comunis Perusii teneantur sibi dare sine aliquo precepto apodixa vel mandato. Aliquo non obstante.

De executione danda offitialibus per armis inventis

quartum.

De fonte de platea ac aqueductu et de cisternis fiendis. Rubrica.

De fonte de platea ac aqueductu et de cisternis fiendis

Quarto huius voluminis libro de laboreriis et ordinamentis tituli[?] supponentes
sic diximus inchoandum, hoc quidem capitulo fontis principaliter deco-
rantes. Ut fons de platea comunis Perusii nitidius conservetur presentis
capituli ordinatione sancimus. Quod extra gradus vel iuxta gradus dicti
fontis quinque vel septem pilelli vel vasa lapidea fieri et esse debeant in quibus
aurientes aquam de dicto fonte antequam ad ipsum fontem accedat anforas seu que-
libet alia vasa et maxime fundum ipsorum abluere teneantur. Et si aliquis de
dicto fonte aliter aquam auxerit quinque solidos denariorum pro vice qualibet solvere teneatur,
.Cxv. cuius pene medietas sit comunis Perusii et aliam habeat accusator. Et fiat etiam
ad cancellos ipsius fontis vel circha ipsos cancellos in locis magis aptis tredecim
vasa enea stagnata que ligentur et apponantur ipsi fonti cum catenis ferreis
cum quibus possit extrahi et auriri ad bibendum et vasa implendum. Et
quicumque ipsa vasa vel aliquod ipsorum leserit puniatur in decem libris denariorum et vasa
reficere teneatur. Et si aliquis ea vel aliquod ipsorum abstulerit puniatur in
decem libris denariorum et vasa de suo debeat emendare. Et ad custodiam dicti
fontis et putei eligatur per dominos priores de anno in annum quidam custos qui
debeat habere claves dicti fontis et putei et claudere et aperire hostia dicti fontis et pu-
tei secundum quod consuetum est. Et habeat et habere debeat dictus custos anno quolibet pro suo sa-
lario tres corbes grani, quod granum solvi debeat per offitiales blade comunis
Perusii sine aliquo precepto vel mandato set solum visa sua electione. Debeant
tamen dicti offitiales retinere gabellam duodecim denariorum pro qualibet libra. Ad con-
tinuum ordinem[?] pro habenda habundantia aque fontis de platea et pro conserva-
tione et manutentione aqueductus dicti fontis et pro conducendo aquam in dictum fontem
et conductum per dominos priores et camerarios artium civitatis Perusii eligantur et
eligi debeant de anno in annum duo boni homines legales et sapientes et unus
notarius in casu in quo dicti boni homines et notarius insacculati non essent in saccu-
lis comunis Perusii, qui habeant et habere debeant offitium super fontem et conductum dicti
fontis ut habundanter aqua sit in dicto fonte, qui teneantur et debeant saltem
una vice quolibet mense videre et examinare cavernam magistram ipsius conductus
et providere si aliunde possit in dictum conductum aqua immicti, et operari quicquid
possit quod sit utile vel necessarium circha ipsum fontem et conductum pro augmen-
to aque ipsius. Et dicti boni homines et offitiales possint expendere pro predictis
et actione predictorum usque in quantitatem quingentorum florenorum auri pro quolibet anno
de pecunia redigenda ex gabella duodecim denariorum pro qualibet libra que gabella
colligitur in camera massariorum comunis Perusii per dictos massarios vel in quocumque alio
loco per quemcumque offitialem dicti comunis, quam quantitatem florenorum auri dicti massarii vel
alius offitialis qui eam colligeret teneantur et debeant dare dictis bonis hominibus et offi-
tialibus de mense in mensem secundum introytum dicte gabelle, et dictam quantitatem florenorum
possint et debeant expendere pro actatione[?] dicti fontis et aqueductus secundum quod eis vi-
debitur expedire et utile esse. Et habeant et habere debeant dicti boni homines et notarius
pro eorum salario pro quolibet eorum duodecim florenos auri, quorum offitium duret et durare

De salario offitialium super fonte

debeat tempore omnis anni. Quod salarium massarii communis perusii teneantur et debeant
solvere dictis bonis hominibus et offitialibus et notario sub pena centum librarum denariorum sine ali-
quo precepto vel mandato alicuius offitialis communis perusii solum visa eorum electione dicto-
rum bonorum hominum et offitialium et notarii vel extractione de sacculis fienda. Qui massarii
teneatur et debeat retinere gabellam duodecim denariorum pro qualibet quantitate fienda pro
eos solvenda bonis hominibus et offitialibus supradictis. Preterea volumus quod nemo infe-
rat aliqua iniuriam vel violentiam alicui mulieri eunti vel redeunti ab aqua au-
rienda vel ad auriendum aqua de ipso fonte. et siquis contrafecerit puniatur duplici
pena qua puniri deberet per formam alicuius capituli constituti vel communis perusii si alio tempore
dictam iniuriam vel violentiam commicteret. Et nulla persona alicui mu-
lieri vel alicui eunti vel ire volenti pro aqua aurienda ad ipsum fontem impedim-
entum prestare debeat ullo modo. Et nullus audeat vel presumat accedere ad
ipsum fontem cum barilis pro aqua aurienda nec cum barilis pro aqua aurienda au-
rire nec in ipsum fontem mictere barilia nec aliquod aliud vas oleatum vel
inquinatum vel aliud vas turpe. et qui contrafecerit teneatur solvere pro vice qualibet
decem libras denariorum. Et nullus ducat vel mictat equm vel iumentum vel alium
vel aliqua aliam bestiam a gradibus intus usque fontem. et qui contrafecerit centum
soldos denariorum pro vice qualibet solvere teneatur. Et nemo ire debeat ad ipsum
fontem causa portandi aqua cum aliqua bestia. et qui contrafecerit teneatur solvere
pro qualibet vice centum soldos denariorum. Et nemo possit vel debeat de ipso fonte
extrahere aqua causa mictendi calcinam vel murum faciendi vel occasione calcinariorum
coriorum vel cartarum vel mostarum vel occasione vindemie vel pro casternis vel pro pannis
lavandis. et qui contrafecerit viginti soldos denariorum pro vice qualibet solvere teneatur.
Et nemo audeat vel presumat extrahere aqua de ipso fonte cum aliqua im-
pecatoria set tantum cum manu sine impecatoria. et qui contrafecerit solvat pro vice qualibet
quinque soldos denariorum. quorum medietas sit communis et aliam habeat accusator. Item volumus
insuper quod nullus audeat vel presumat dictum fontem ingredi nec in eo se balneare nec
pedes vel caput vel corpus abluere vel cum pedibus super pectorale ascendere vel mictere
vel manus in ipso lavare. et qui contrafecerit si fontem ingressus fuerit vel in eo se bal-
neaverit puniatur in quinquaginta libris denariorum pro qualibet vice. Et si ascenderit
super pectorale vel in pectorali fontis cum pedibus pro qualibet vice in decem libris
puniatur. Et si miserit vel manus in fontem abluerit in decem soldis denariorum pro qua-
libet vice puniatur. Et si quis aliquis in ipso fonte aliquod animal vel pullum
vel avem vel corium mortuum vel fetidum miserit vel proiecerit puniatur in centum
libris denariorum. Et si quis proiecerit in ipsum fontem lutum vel letam vel paleas vel
herbam vel lapidem vel pannum aliquem in ipso fonte lavaverit vel alias turpitudi-
nes fecerit in centum libris denariorum pro vice qualibet puniatur. Et si quis animal vel pul-
lum vel avem vivum proiecerit in viginti quinque libris denariorum puniatur. Et si quis
proiecerit lutum vel terram vel aliqua turpitudinem in pectorale vel imagines ipsius
fontis solvat et solvere teneatur pro vice qualibet decem libras denariorum. Et si ali-
quis proiecerit in ipsum fontem lapidem vel ferrum vel lignum vel aliam rem et
ruperit aliquem de lapidibus vel aliqua ymaginum sculptarum in ipso fonte vel aliqua
cannellam vel columpna vel catenam in centum libris denariorum pene nomine puniatur. et
si dictam penam solvere non poterit et capi poterit ei manus dextra debeat amputari.
Et si capi non poterit exbapniatur de civitate et comitatu perusii in centum libris denariorum

et recti non valeat donec non solverit dictum bapnum et nichilominus totum dampnum debeat emendare.

Et nullus quoque proiciat vel proici faciat in ipsum fontem vel circa eum in gradibus vel a gradibus intus carnem vel piscem et qui contrafecerit si proiecerit in fontem puniatur pro vice qualibet in viginti quinque libris denariorum. Si non circa fontem in gradibus vel a gradibus intus in viginti libris denariorum pro vice qualibet puniatur.

Et nemo similiter facere debeat aliquam turpitudinem in gradibus ipsius fontis vel extra ipsos gradus ad tres passus vel aliquod turpe vel fetidum proicere nec mingere vel egerere et qui contrafecerit puniatur pro vice qualibet in decem libris denariorum et qui solvere non potuerit dictam penam per totam plateam debeat fustigari.

Et in predictis penis et bapnis superius in hoc capitulo denotatis potestas et capitaneus et quilibet eorum delinquentes teneantur et debeat condempnare et condempnationem debeat exigere per eum.

Et ut unusquisque habeat filios pacificos et quilibet pater familias suum moneat filium de predictis et aliis preceptis volumus quod si aliquis filiusfamilias commiserit supradicta delicta vel aliquod predictorum pater pro filio penam solvere teneatur si filius de suo non valeret solvere inspecta tamen in predictis et quolibet predictorum qualitate negotii et conditione delicti et persone et etate filiorum que semper in providentia potestatis et capitanei debeat remanere.

Si autem filius qui supradicta delicta vel aliquod ipsorum commiserit fuerit emancipatus patris si simul cum patre habitaverit pater pro filio solvere teneatur si a filio pena exigi non valeret.

Si autem in locis superius in hoc capitulo notatis vel aliquo eorum aliquod malum commissum fuerit de quo non esset pena determinata per statutum tunc potestas vel capitaneus inquirere et procedere de similibus ad similia teneantur inspecta tamen personarum et negotii qualitate.

Volumus insuper et iubemus quod nemo accipiat vel removeat vel diruat vel devastet aliquid de opere laborerii aqueductus montis Paciani facto vel faciendo et aliquis non debet nec dare presumat et non rumpat nec rumpere debeat cannellos aqueductus nec aliquem eorum nec spiraculum aperire a cisterna usque ad fontem de platea nec aliquod impedimentum prestet vel lesionem aliquam faciat in aqueductum et cannellis et qui contrafecerit centum libras denariorum pene nomine solvere teneatur quas non valentem solvere potestas vel capitaneus detentum faciat manum dextram a brachio separandam.

Et quicumque dictum aqueductum devastaverit ita quod cursus aque impediatur ita quod aqua venire non possit scilicet diruendo murum vel aliquam cisternam aqueductus in aliqua parte penam capitalem ita quod moriatur debeat substinere.

Et volumus quod pater pro filio si filius esset quatuordecim annorum ad minus dictam penam centum librarum solvere teneatur et si alii destruxerint puniatur in centum libris denariorum pro qualibet vice.

Si autem mulier fuerit que aliquod cannellorum spiraculum aperiret per totam plateam [illegible] debeat fustigari.

Si vero aliquis in opere in opere aqueductus a cisterna usque ad caput venarum aliquam fecerit lesionem in viginti quinque libris denariorum pro vice qualibet condempnetur et quilibet possit accusare in omnibus supradictis et medietatem bapni habeat accusator.

Et de predictis omnibus et singulis potestas et capitaneus et quilibet eorum secrete inquirere teneatur aliquo non obstante et si aliquem invenerit delinquentem contra formam predictam eum condempnare teneantur in quantitatibus supradictis.

Teneatur etiam potestas et capitaneus et priores artium dictum opus aqueductus totum reddere

cum duobus bonis hominibus de qualibet porta dumtaxat predicta bonorum hominum pro talibus opere
nichil habeant a communi. Et potestas et capitaneus teneantur ipsorum et cuilibet eorum
durante regimine semel reinvidere dictum opus sicut dictum est. ¶ Et dictus
capitaneus teneatur et debeat quolibet mense saltem semel personaliter ire vel mictere
suum vicarium ad videndum et examinandum vaginam(?) et fieri aqueductus
et cannellatus fontis de platea civitatis pisane. Et si quos invenerit deliquisse
in occupando vel super prehendendo vel impediendo vel laborando vel novitate
faciendo in dictis locis et in via(?) magis dicti aqueductus infra terminos immissos seu
contrafacientes et qualibet vice in qua pena condempnari debeat per ipsum dictum capi
taneum ex officio suo et ad petitionem cuiuscumque petentis et reducere qualibet
occupationem et novitatem. Si vero dictus dominus capitaneus fuerit negligens in predictis
condempnetur in quingentis libris denariorum per suos syndicatores et ex officio syn
dicorum et ad petitionem petentis. Et de predictis conveniatur(?) per dictos syndicos in
quirant(?) expresse. Et domini priores artium civitatis pisane teneantur et debeant
ad predicta [illegible] et eorum observantie et executioni operam consilium et favorem
quotiens fuerit requisitum dare et prestare. ¶ Erit aqua habundanter
habeatur et veniat in fonte predicto et pro expensis dicti aqueductus et fontis et
ipsorum [illegible] fiet et intelligitur deputata gabella duodecim denariorum pro libra
recuperanda per massarios communis pisani de qualibet solutione pagamento seu scontio fi
endo per ipsos massarios sive forum ordinariorum secundum de officio massariorum
expressus(?). Et ad maiorem habundantiam aquarum habenda in civi
tate pisana et burgis ipsius civitatis, ultra fontinetes qui in qualibet porta civi
tatis fiunt et fieri debent, due cisterne, unam in civitate et unam in burgis vel
maiores fieri poterunt expensis communis pisani in illis locis in quibus priores artium
cum sapientibus viris quos ad hoc habere voluerint videbitur convenire pro
utilitate hominum civitatis et burgorum porte in qua fient cisterne predicte. Et
quod priores artium debeant et teneantur deliberare et determinare loca in quibus
fiant dicte cisterne et [illegible] expensis dictarum cisternarum et eligere officiales et
notarios ad dicta opera facienda et salarium eis ordinare qui habeant consilium
magistrorum. Et faciant extimare per duos homines domos et terrena ubi dicte cisterne
erunt faciende et facere quantum potest esse costum dictarum cisternarum et emantur
pro eo et stillicidia omnium [illegible] circa cisternas expensis communis dirigatur
ad ipsas cisternas et relatio(?) ipsarum cisternarum et procedatur in operibus supradictis
ita quod ipsa opera sint perfecta infra unum annum. ¶ Item quod si aliquis de
novo facere voluerit vel fieri facere cisternam in suo in civitate vel burgis
habeat faciens vel fieri faciens quinquaginta libras denariorum pro quolibet centonario
salmarum ad magnam communis pisani si cisterna erit capacitatis a trecentis sal
mis infra. Si vero erit capacitatis trecentarum salmarum vel ab inde supra
habeat et habere debeat sexaginta florenos auri. Que quantitates solvantur et sol
vi debeant per massarios communis pisani sine(?) completa et perfecta dicta cisterna sine
aliquo precepto vel mandato dominorum priorum artium vel alterius officialis communis
pisani auctoritate dicti statuti pena dictis massariis ducentarum librarum denariorum pro quolibet
eorum si fuerint negligentes in solvendo dictam quantitatem vel remissi. ¶ Qui
vero in ipsa civitate vel burgis puteum fecerit vel construxerit de novo infuturo

De cisternis et puteis faciendis [illegible]

De puteis



aqua habundantem profundum ad minus triginta pedibus et amplium
quinque pedibus habeat et habere debeat a dictis massariis quinquaginta librarum denariorum
quam quantitatem sub dicta pena dicti massarii solvere teneantur eo modo
quo dictum est supra in alterius.

Quod comunantie et gabelle comunis Perusii vendantur deinceps
cum periculo et fortuna emptorum. Rubrica. — Quod comunantie et gabelle comunis Perusii vendantur deinceps cum [illegible] fortuna emptorum. Rubrica.

Item statuimus et ordinamus ad obviandum dampnis et preiudiciis comunis Perusii
que ex defalcatione et extimatione comunantiarum et gabellarum comunis Perusii
multipliciter sunt causa et ne consuetudo defalcationum et extimationum
CXVI. huiusmodi trahatur in posterum. Quod deinceps omnes et singule comunantie et
gabelle comunis Perusii et fructus ipsarum cuilibet earum ad tempus vendende et que
vende qualitercumque et quandocumque vendantur et dentur quibuscumque emptoribus
et eas emere volentibus ad omne ipsorum emptorum riscium periculum et fortu-
nam tam occasione guerrarum cavalcatarum et aliarum quarumcumque novitatum nomi-
tatum que fierent vel moverentur contra comune Perusii per quamcumque compagnam
inimicos comunis Perusii vel per quamcumque aliam personam quecumque et qualiscumque
quam etiam occasione grandinis et alicuius alterius casus fortuiti qui excogitari posset
vel accidere quocumque modo ita quod omnis casus propter quos ipsi emptores possent dap-
nificari in perceptione fructuum et proventuum comunantiarum et gabellarum predictarum per con-
trarium et declaratis in presenti statuto penitus habeantur ita quod omne periculum
casus fortuitus commodi vel incomodi ad dictos emptores debeat pertinere ita
quod nullum gravamen dapnum vel preiudicium propterea vel ob id comuni Perusii valeat re-
sultare quo minus ipsum comune ad exigendam vel recipiendam integram quanti-
tatem pro qua vendite seu stabilite fuerint dicte comunantie vel gabelle et fruc-
tus ipsarum ius habeat contra dictos emptores integrum et illesum. Et quod pre-
ceptum statutorum in omni venditione fienda de comunantiis vel gabellis comunis
Perusii in omnibus et per omnia refuetur et pro refutato penitus habeatur ac si de ipso
statuto de verbo ad verbum expressa fieret mentio et sicut vel alio modo dicte vendi-
tiones et stabilimenta fierent propterea dictis emptoribus ius aliquod non queratur
aliquo non obstante.

Quod domini priores possint expendere de pecunia comunis pro expeditione statutorum. Rubrica. — Quod domini priores possint expendere de pecunia comunis pro expeditione statutorum. [illegible]

Item statuimus et ordinamus quod domini priores artium habeant et habere et habuisse
intelligantur auctoritate presentis statuti arbitrium et bayliam expendendi et expen-
sas necessarias faciendi de avere et pecunia quacumque comunis Perusii pro ordinatione compo-
CXVII. sitione et reformatione revisione correctione et rescriptione presentium novorum statutorum comunis
Perusii et pro salariis notariorum et scribentium et ordinatum dicta statuta et per comune
Perusii et pro salariis notariorum et scribentium ... in quatuor voluminibus reducta et reducenda inter assido-
tes in camisto verime ... mandata facere possint et possit
sub ... adunatione generalis. Et expensas et expensarum mandata facere possint et possit
et dictis revisione correctione compositione et rescriptione factis et faciendis de ipsis statutis et
per dictis revisione correctione compositione et rescriptione ... et
ipsorum libris prout eis visum fuerit. Et quod ad mandatum dictorum dominorum priorum
conservatores monete et massarii comunis Perusii et quilibet alius offitialis comunis Perusii tene-
antur et debeant dare et solvere omnem quantitatem florenorum et pecunie necessariam pro predictis et cor-
rectione ... dictorum dominorum priorum ... apparebit vel apparuerit pena centum librarum denariorum
pro quolibet. Aliquo non obstante.

Qd Maior Syndicus sit etiam Capitaneus custodie Civitatis, et sit exactor omnium debitorum Comunis, et non alius. Rubrica.

Et quia parum prodesset Iura condere nisi essent magistratus qui ea exequerentur,
et in multis locis capitulorum precedentium fit mentio de exactore et eius offitio,
Ideo Statuimus quod maior Syndicus Iudex appellationum, Capitaneus
custodie seu guardie Civitatis Perusii, eius offitium, scilicet guardie, volumus pre-
Cxviij tuo debere in dicta Civitate vigere pro custodia dicte Civitatis. Et quod dictus maior
Syndicus et Capitaneus sit et esse debeat exactor omnium debitorum Comunis Perusii
et que deberentur camere Comunis Perusii, eius offitialibus, et etiam
omnium sententiarum contra Comuni Perusii, et nullus alius offitialis Comunis Perusii
de dictis exactionibus et executionibus intromictere se debeat quoque modo seu ex nunc offi-
tialibus aliis Comunis Perusii quibuscumque intelligatur et sit adempta omnis Iurisdic-
tio cognitio seu quecumque concessio per quecumque ordinamenta seu statuta temporis Comunis
super dictis exactionibus aliquo statuto vel ordinamento vel reformatione in contrarium lo-
quentibus non obstantibus, quibus per hoc sit et intelligatur derogatum, nisi quando
micteret pro executione sententiarum latarum per eos tantum vel pro executione instrumentorum confessio-
natorum vel contra sententiam dictorum instrumentorum vel sententiarum, que per eos ferrentur inter
privatas personas, pena cuicumque alteri offitiali Comunis Perusii qui se de dictis exactionibus
intromicteret Quingentarum librarum denariorum pro qualibet vice per suos Syndicatores
auferenda de facto, et nichilominus de robbaria et furto seu captione liberi hominis
accusari possit tempore sui syndicatus. Et possit recipere et habere pro quolibet
floreno auri pecunie quam fecerit venire in Comuni ab offitialibus camere cui vel cui
non fecerit, exequendo ab hominibus contra sententiis a Comuni predicto vel sententiis communan-
tias seu gabellam, duodecim denarios, qui duodecim denarii finaliter solvantur
et solvi debeant per debentes solvere aliquid alicui camere Comunis Perusii, vel
alicui emptori communantiarum et gabellarum. Et ultra predicta salaria et perceptores
per exactoribus et executoribus predictis percipere non possit nec etiam bervarii pro captura
aliam nisi salarium quod percipere possit quando accedit in comitatu secundum
formam presentis ordinamenti, et si ultra aliquid perceperit in quadruplum tempore sui
syndicatus per eorum Syndicatores debeant condempnari. Et ubi contingeret
propter multitudinem exactionum quod dictus Capitaneus et exactor non possit omnia
exigere Priores et Camerarii possint partem dictarum exactionum committere alteri
offitiali Comunis Perusii. Et simili modo Priores et Camerarii qui fuerint
de mensibus Ianuarii et februarii cuiuslibet anni teneantur et debeant de anno in annum
eligere et nominare duos bonos ydoneos et sufficientes viros de populo perusino
ad revidendum et qui revideant rationem et rationes prioris sive priorum
hospitalis de colle quibus dictus prior vel priores teneantur reddere rationem
administrationis dicti eorum offitii, que revisio fieri et expediri debeat per dictos duos
bonos homines infra duos menses a die electionis eorum, qua revisa debeant assignare
maiori Syndico Comunis Perusii in forma publica infra octo dies post dictam
revisionem factam, que assignatio habeatur pro plena probatione, Qui maior Syn-
dicus debeat et teneatur exactionem facere de omni eo quod dicti boni homines assignaret

in scriptis ipsos priores debere restituere dicto hospitali et assignari facere
ipsis bonis hominibus recipientibus pro ipso hospitali. quam quantitatem teneant
dicti boni homines convertere in utilitatem dicti hospitalis infra tempus unius mensis
postquam dicta quantitas restituenda per dictos priores hospitalis predicti et eis fuit
assignata. et de hoc expresse debeant syndicari. Et si dicti priores et camerarius
et dictus prior aut priores hospitalis vel dicti boni homines predicta non expedivierit
et observaverint ut supra dictum est puniantur et condempnentur per maiorem syn-
dicum in quingentis libris denariorum.

De condempnationibus non cassandis per maiorem Syndicum et Iudicem Iustitie. Rubrica.

Item quod nunc et antea nullus maior Syndicus et Iudex Iustitie possit nec debeat
aliqua auctoritate vel aliquo iure vel titulo seu quocumque modo aliqua condempnationem vel
sententiam olim latam vel deinceps ferendam per se vel suum precessorem quoquomodo
20. p. cassare vel anullare, vel cassam vel nullam pronuntiare. et si secus fieret non
CXVIII. valeat nec teneat ullo modo. et nichilominus in quingentis libris denariorum per
suos Syndicatores ex offitio Syndicatorum ad petitionem cuiuscumque summarie et de
facto debeat condempnari. et quilibet possit esse accusator vel denumptiator. Et hoc
locum habeat in sententiis latis et ferendis in causis criminalibus. Et etiam dicti
Syndicatores de predictis contra eum diligenter inquirere teneantur non obstante
aliquo statuto ordinamento reformatione vel alia provisione seu iure civili vel municipali
passim in contrarium loquentibus quecumque ad predicta sint et esse intelligantur totaliter
sublata et revocata.

De offitialibus syndicandis per maiorem Syndicum et Iudicem Iustitie, et quod non mittat eius familia in comitatu extra comitatensium. Rubrica.

Volumus etiam statuentes, quod dictus maior Syndicus et Iudex Iustitie
nec aliquis alius de suis offitialibus et familia possit ire in comitatum
pisanum pro predicto offitio vel occasione exequtionis dicti offitii modo aliquo nec etiam
alia de causa extra civitatem universitatis vel singularis persone. Ad offitium
21. p. CXX. autem dicti Iudicis Iustitie et Syndici pertineat Syndicare et examinare punire et
absolvere et condempnare dominos priores artium, et omnes et singulos alios offitiales
homines et personas contentas in presenti capitulo qui fuerint in offitio vel qui aliquid
commiserint contra formam statutorum comunis pisani in tempore vel infra tempus decem mensium
precedentium proxime initium sui offitii, quorum offitium expiravit ante initium sui offitii.
Item quod offitiales homines et persone inferius descripti et denotati syndicentur
et examinentur in hac forma videlicet de hiis que habuissent et recepissent vel haberent et
receperint per se vel alium de avere et pecunia et rebus aliis comunis pisani vel specialium personarum
vel ab aliqua universitate ultra vel preter seu contra formam statutorum ordinamentorum
et reformationum comunis et populi pisani occasione offitii vel pro offitio, et de qualibet barac-
taria et licita vel illicita facta occasione offitii vel pro offitio, non obstante aliqua sententia lata
vel data per aliquem offitialem forensem vel civem preter quam per aliquem in dicto offitio
precessorem. Item quod dictus maior Syndicus et Iudex Iustitie possit teneatur et
debeat procedere contra predictos seu infrascriptos per viam inquisitionis accusationis et de-
nuptiationis vel simplicis petitionis, et audire intelligere et admictere quemlibet accu-
satorem et denumptiatorem, et contra predictos procedere summarie et de plano sine strepitu et
figura iudicii. et etiam diebus feriatis et non feriatis indictis et indicendis ob necessitatis

hominum. Et per famam publicam aut quatuor testium fide dignorum vel indicia precedentia
vel unum testem de visu possit et teneatur ad questionem procedere et confessionem
eruere. Et repertos culpabiles in aliquo vel de aliquo predictorum condempnet eorum
extortorem et receptorem ut tantundem vel idem quod accepit vel accepit restituat
illi a quo accepit aut extorsit vel accipiet vel extorquebit. Et in quadru-
plum Comuni Perusii condempnetur in eadem condempnatione et instantia. In aliis
vero commissis et committendis per eos contra vel preter formam statutorum et ordinamentorum
et reformationum Comunis et ipsius Perusii syndicentur et examinentur et procedat et eos
condempnet secundum formam statutorum et ordinamentorum et reformationum Comunis et ipsius Perusii.
Et in omnibus predictis possit etiam condempnare de privatione cuiuslibet offitii et artis
perpetuo vel temporaliter consideratis qualitate persone et delicti commissi et sicut eidem offitiali
videbitur convenire. Et quia talia ut plurimum fiunt occulte et ne veritas
de predictis possit celari, quod dictus maior syndicus possit et debeat cogere
realiter et personaliter omnes quos sciverit et crediderit scire veritatem et inobedientes
in predictis punire et condempnare summarie et de facto ut de predictis dicant et pandant
veritatem sive sint forenses sive Cives ad suum arbitrium et voluntatem.
Et in citationibus faciendis et in termino dando et procedendo possit idem maior
syndicus et Iudex iustitie terminum dare et assignare seu assignari facere
comparendi ad minus trium dierum. Item quod omnes et singuli alii offitiales
Comunis Perusii quibus per formam aliquorum statutorum vel ordinamentorum vel refor-
mationum Comunis Perusii committitur examinatio alicuius vel aliquorum ex dictis offitialibus
sint et esse intelligantur ab ipsa examinatione cassi et revocati et ab eorum offitia
que ad examinationem predictam intelligantur esse cassa, non obstantibus aliquibus
statutis ordinamentis vel reformationibus generalibus vel specialibus in contrarium loquentibus.
Item quod quicumque erit vel fuit camerarius vel alius offitialis Comunis Perusii
ad quem pervenerit seu perveniet aliquid de bonis et avere Comunis Perusii seu alicuius
universitatis comitatus seu districtus Perusii seu a specialibus personis dicte Civitatis
et comitatus pro expendendo faciendo seu operando aliquod opus laborerium vel
aliud misterium, perfecto tali opere laborerio seu misterio terminatur et debeat illud
quod superfuit et restabit seu superesse et restare debuerit a sumptibus et expensis
et ab aliis que in dicto laborerio seu misterio expendere debuerit restituere
Comuni Perusii vel massario Comunis Perusii que Comuni fuerint restituenda infra quindecim
dies a die finiti laborerii et perfecti misterii vel offitii depositi. De qua restitu-
tione apparere debeat publicum instrumentum manu notarii offitialium quibus fiet dicta
restitutio continens in se quantitatem specificatam dicti residui. Que restitutio
fiat de re ipsa tempore quo rogatus fuerit dictus notarius et alius notarius scribere
non possit sub pena Quinquaginta librarum denariorum et privationis offitii in quo tunc est
et alius subrogetur loco eius. Possint tamen in eorum arbitrio domini Priores,
Camerarii artium vel maior pars ipsorum prorogare dictum terminum quindecim dierum
secundum quod eis videbitur et placebit. Et que Comuni Perusii non essent restituenda

restituerit illis personis uel uniuersitatibus quibus restituenda forent infra quindecim dies ultra salaria talibus offitialibus ordinata. Et si predicti camerarii et offitiales predictam restitutionem infra dictum terminum non fecerint, possit et debeat per dictum syndicum contra eos procedi et etiam possint condempnari per eundem ac si ipsam pecunie quantitatem et res alias extorsissent uel inuicte habuissent secundum formam superioris capituli de hac materia loquentis.

De compromissis fiendis. Rubrica.

CXXI. Presenti capitulo statuimus quod tam inter consanguineos et affines quam alias quascumque personas cause lites questiones et controuersie debeant compromicti, silicet quelibet causa uel lix uel questio uel controuersia compromicti debeat iussu domini potestatis uel domini capitanei uel domini maioris syndici uel iudicis coram quo erit causa uel lix uel questio uel controuersia. Et intelligatur esse causa uel lix uel questio uel controuersia per porrectionem libelli uel alicualis petitionis et legitimam citationem, non obstante aliqua exceptione que opponeretur contra petitorem uel personam agentis, et possit tamen opponi exceptio rei iudicate, et quod petens compromissum non debeat audiri secundum formam statuti, et quod decimum non sit solutum secundum formam infra scriptam. Et quod in omnibus litibus causis questionibus et controuersiis que compromicti debent antequam compromictantur soluatur per actorem decimum massariis Communis Perusii uel alteri eorum ad rationem quatuor denariorum pro qualibet libra quantitatis pecunie que peteretur, et pro qualibet libra extimationis rei que certa extimata in catastro Communis Perusii que peteretur, silicet extimationis quam ipsa catastro ipsa res extimata esset. Et pro qualibet libra extimationis rei que non esset extimata in dicto catastro, et pro qualiber libra extimationis alterius interesse uel fructuum quod peteretur, que extimatio rei non extimate in catastro et extimatio interesse uel fructuum fieri debeat per dictos massarios, contra quam extimationem si facta fuerit secundum formam predictam nichil possit dici uel opponi, et opponens non audiatur, et non antequam fiat extimatio litis uel cause. Debeat etiam per actorem compromicti, et fideiussor dari dictis massariis uel alteri eorum tempore solutionis dicti decimi de soluendo ipsis massariis pro Communi Perusii eo casu quo contingat eum succumbere penam et quantitatem pro pena seu questionem perdere in totum uel in partem. Quos fideiussores nominis que infra circa finem huius capituli continetur. Quos fideiussores notarius scribens decimi solutionem in libro uel scripturam solutionis decimi scribere teneatur. Et si aliter fieret extimatio uel solueretur decimum uel si non fieret per actorem compromissio et satisdatio predicta, extimatio ipsa et decimi solutio talis non ualeat ipso iure, nec ad petitionem actoris procedi possit ad compromissum fieri faciendum, et secus factum compromissum non ualeat ipso iure, et ipsum decimum solui debeat per actorem in pecunia numerata. Et in causis compromictendis talis forma debeat obseruari videlicet. Quod quoniam coram potestate uel capitaneo Ciuitatis Perusii uel eorum altero uel aliquo ex iudicibus dictorum potestatis et capitanei uel

De compromissis faciendis

De solutione decimi

quod in solutione decimi debet fieri satisdatio massariis Communis

Maiori Syndico vel Iudice Iustitie inter aliquas personas cuiuscumque status
et conditionis sint persone, sive inter Civem et Civem, sive inter Civem et
cittatensem vel districtualem, sive inter Civem vel cittatensem vel distric-
tualem et forensem, sive inter forensem et forensem, sive inter secularem
et clericum agentem et petentem compromissum, eo tamen quod dicatur supra
in capitulo quod illud Ius servetur clericis contra laycos, quod semper salvo, sive lis
causa controversia vel questio fuerit inter maiorem et maiorem viginti quinque
annis, sive inter maiorem et minorem etiam pupillum vel pupillos sive etiam
cum filiisfamilias lis cum questio vel controversia moveretur seu esset, sive etiam
lis vel causa vel questio seu controversia esset cum aliqua universitate vel aliquo
corpore vel collegio agente vel defendente, et peteretur ab aliqua parte ipsam
litem questionem causam vel controversiam compromicti. Si tamen petitio compromissi
fiat et facta sit infra quintum diem a die porrectionis libelli exclusive, dictus
dominus Potestas vel dominus Capitaneus vel dominus maior Syndicus et Index Iustitie vel
alter ex eorum Iudicibus coram quo talis questio causa vel controversia esset te-
neatur et debeat tales partes litigantes ad invicem reali et personali coercitione
ad compromictendum ipsam causam vel questionem et controversiam vel litem que
verteretur, et facere quod ipsi litigantes compromictant de Iure et de facto et de
veritate et equitate in arbitros et arbitratores amicabiles compositores
et bonos viros infra quintam diem a die petitionis compromissi si peteretur
vel ageretur per personam legiptimam principalem. Ubi vero per procuratorem
vel aliam personam preterquam per principalem peteretur vel ageretur seu litigaretur
debeat talis persona interveniens pro actore vel pro conuento infra quinque dies
a die mote litis vel cause questionis vel controversie legitimari si legitimanda veniret
vel non esse legitima persona probari, sive opponatur aliquid aperte sive non, prout
Iuris fuerit, infra duos dies a die quo procurator vel alius pro conuento in Iudicio
comparuerit. Et super legitimatione personarum seu procuratione sive legitimatione
a qua legitimatione personarum seu procuratione sive legitimatione non possit appellari
nec aliquis recursus fieri in aliqua causa ordinaria vel summaria infra alios
quinque dies talis questio lis vel causa vel controversia debeat compromicti, pena
in quolibet dictorum casuum Quingentarum librarum denariorum imminente cuilibet Iudici seu
officiali negligenti infra dictum terminum cogere partes ad compromictendum
in forma predicta et parti infra dictum tempus ad faciendum compromissum non compa-
renti per se vel legitimam personam. Et nichilominus etiam post dictum tempus causa
questio vel controversia debeat penitus compromicti. Et si postquam fuerit
petitum causam questionem vel controversiam compromicti et pronuptiatum vel man-
datum fuerit per Iudicem compromissum fieri, pars conveniens ad ipsum compromissum
faciendum legitime monita seu citata se absentaverit vel latitaverit vel non compa-
ruerit infra dictum tempus quinque dierum a die huiusmodi monitionis seu citationis per se vel
per personam legitimam ad ipsum compromissum faciendum ex tunc auctoritate presentis
statuti Iudex cause possit teneatur et debeat ad penam Quingentarum librarum denariorum ad

requisitionem actoris vel persone legitime pro actore. Eligere pro parte conventi arbi-
trum et arbitratorem quem crediderit ydoneum. Et in talem eligendum ac etiam
in eligendum pro parte actoris compromissum facere, et ipsum compromissum sic
per iudicem factum nomine conventi pro inde in omnibus vires et effectum habeat ac si per ipsum
conventum factum esset. Et ipse sic eligendus in omnibus habeatur et sit ac si per conventum
presente electus esset. Si vero pars actoris se absentaverit vel non comparuerit
in dicto termino ad ipsum compromissum faciendum habeatur et intelligatur fictie
hinc statim renuntiasse et pro renuntiato liti et cause vel controversie et instantie
litis cause vel controversie. Et nichilominus iudex debeat ipsum conventum diffinitive
absolvere, et ipsum absolutum pronuntiare de omnibus et singulis que in sua peti-
tione continebuntur, pena iudici contrafacienti pro vice qualibet Quingentarum librarum
denariorum. De quo expresse et specialiter debeat sindicari per suum sindicatorem tempore sui sin-
dicatus. Et dicti arbitri et arbitratores et amicabiles compositores sic electi
teneantur et cogantur statim eligere tertium arbitrum et arbitratorem. Cuius
tertii electio vel nominatio pertineat et spectet ad ipsos primos arbitros et arbitrato-
res, et non ad alium. Et statim facta electione tertii ipse tertius arbiter cogatur
acceptare infra duos dies a die electionis ipsius tertii. Ad quem eligendum per
potestatem vel capitaneum vel iudicem vel maiorem sindicum et iudicem iustitie
coram quo vel in cuius curia esset questio ipsi arbitri cogantur realiter et personaliter
antequam recedant de palatio ita quod infra duos dies omnino debeant dictum tertium elegisse
a die compromissi in eos facti. Et de huiusmodi gravamine inferendo tam contra primos
duos arbitros et arbitratores quam contra tertium arbitrum et arbitratorem nullus
officialis Comunis pus possit nec debeat sindicari, pena potestati vel capitaneo vel
maiori sindico vel iudici iustitie negligenti in predictis et quolibet Quingentarum
librarum denariorum pro quolibet eorum et qualibet vice. Et quandocumque aliqua lix vel questio
vel controversia in curia dictorum potestatis vel capitanei vel maioris sindici mota esset
que compromitteretur per partes litigantes ad invicem in arbitros et arbitra-
tores seu amicabiles compositores teneantur et debeant omnem causam litem
questionem et controversiam de qua fieret compromissum cognoscere via ordinaria
vel summarie sine strepitu et figura iudicii prout ipsis arbitris et arbitratoribus
placuerit. Et testes recipere ad iuramentum et testificandum partibus presentibus
vel non presentibus, et partibus et testibus citatis vel non citatis, possint tamen committere
notario in ea scribenti vel cui placuerit eis vel tertio arbitro tantum ipsam recep-
tionem testium ad iuramentum et ad dicta et ad testationes et ad ipsorum testium
examinationem primi duo arbitri invito tertio adesse non debeant neque
possint. Et ipsos testes quos partes coram dictis arbitris et arbitratoribus
induxerint seu inducere voluerint, dominus potestas vel dominus capitaneus et quilibet
ex eorum iudicibus ad petitionem alterius ex dictis partibus litigantibus teneantur
compellere et cogere pignoribus captis multam dicta usque in quantitate Centum
soldorum denariorum ad iurandum et testificandum eis. Et ipsam causam litem
vel questionem teneantur et debeant dicti arbitri et arbitratores infra Triginta
dies a die facti compromissi exclusive terminare et totaliter diffinire. Et extunc

per ipsas partes compromictentes de re compromissa et super ipsa controversia lite questione vel causa non possit ullo modo litigium moveri nec inter ipsas partes litigari ulterius vel contendi, pena ipsis arbitris et arbitratoribus que finem eam litem et controversiam in eos compromissam non terminantibus diffinitive ut dictum est Quingentarum librarum denariorum eis et cuilibet eorum de facto auferenda per potestatem vel Capitaneum Civitatis predicte ad instantiam cuiuscumque petentis. Et nichilominus post dictum tempus infra alios Triginta dies extunc proxime secuturos teneantur et debeant ferre sententiam sub pena predicta. Nec possint tales arbitri et arbitratores partes compromictentes ullo modo directe vel indirecte ab observatione instantie petitionis vel observationis iudicii absolvere vel partes ipsas in pristinum statum vel in eorum priores terminos ponere seu restituere vel eis Ius iterum agendi reservare. Nec aliquid aliud arbitramentum laudare vel facere propter quod ipse partes possint per se vel alium quoquo modo super et de ipsa re vel facto de qua vel quo litigabatur et factum est compromissum protinus litigare, sub dicta pena. Et quod tertius arbiter et arbitrator possit si voluerit consilium seu colloquium habere de causa seu causis de quibus in eos esset compromissum cum aliquo sapiente uno vel pluribus expensis partium prout ei videbitur et placebit. Et predicta non vendicent sibi locum in causis insinuationum testamentorum codicillorum legatorum et ultimarum voluntatum et donationum. Nec etiam vendicent sibi locum ubi peteretur executio instrumentorum confessionatorum vel ubi peteretur executio alicuius scripture que habeat vim instrumenti confessionati secundum dispositionem statuti. Nec etiam ubi peteretur quis conservari indempnem. Nec ubi esset causa cum Comuni predicto in quibus compromissum peti non possit. Nec etiam vendicet sibi locum in aliis causis in quibus seu de quibus secundum alia statuta huius voluminis non potest peti compromissum. Insuper volumus quod contra aliquod arbitramentum seu laudum latum seu dandum ex forma presentis legis per dictos arbitros et arbitratores omnes tres vel saltem duos ex eis concordes etiam alio absente et inrequisito non possit nec debeat per aliquam personam aliquid allegari opponi dici vel excipi quoquo modo. nec contra ipsum laudum vel arbitramentum vel arbitros et arbitratores vel eorum vel alicuius eorum personam vel personas possit vel debeat aliquis recursus haberi. Nec etiam possit peti reductio ad arbitrium boni viri ad aliquem Iudicem vel offitialem Comunis predicti. Nec possit in integrum restitutio peti aliqua ratione vel causa etiam si ille qui in integrum restitutionem peteret diceret se fuisse vel esse minorem vel lesum enormiter occasione dicti laudi vel arbitramenti. Et si aliquis recursus quolibet haberetur contra laudum vel arbitramentum vel contra ipsos arbitros et arbitratores vel in integrum restitutio peteretur non valeat ipso Iure nec teneat quod in contrarium factum esset vel fieret. Et omnis iurisdictio a quolibet Iudice sit ablata. Et quod nichilominus offitialis vel Iudex qui contra predicta aliquem audiret vel intelligeret vel aliquid faceret incidat in pena

Quingentarum libr. den. pro quolibet et qualibet vice in qua penam per suos syn-
dicatores vel ad petitionem cuiuscumque contrafacientis debeant condempnari. Et quod
laudum talium arbitrorum et arbitratorum et amicabilium compositorum
vel alterius ex eis ut dictum est super causa lite questione vel controversia compro-
missa ferendum habeatur pro sententia diffinitiva que transivit in rem iu-
dicatam a qua non liceat appellare ad aliquem iudicem set observari per ipsas
partes et executioni mandari debeat cum effectu. Ubi autem in sententiam ar-
bitramento seu laudo dicti arbitri discordarent adeo quod varias sive contrarias
sententias ferrent simul vel separatim pareatur sententie tertii. Et eius
sententia proinde habeatur in omnibus et per omnia ac si per omnes tres in concordia
lata esset. Dummodo dicte cause lites et questiones non compromictantur nec com-
micti possint in dominum Potestatem vel dominum Capitaneum vel dominum maiorem
Syndicum vel aliquem ex iudicibus vel aliis offitialibus ipsorum vel aliorum com-
vel in aliquem ex dominis Prioribus sub nomine offitii vel etiam privato nomine
vel in aliquem qui sit vel esset de collegio advocatorum vel consortio notariorum
Civitatis Perusii; nec aliquis de predictis personis possit in dictis compromissis
in tertium arbitrum vel arbitratorem assumi eligi vel vocari. Cause
vero et controversie a viginti libris infra non debeant compromicti nec compro-
missum fieri possit super ipsis. Et iudex coram quo questio verteretur
a viginti libris infra neminem cogat ad compromictendum seu com-
promissum faciendum super huiusmodi causis et per se ipsum tales causas diffi-
niat et terminet summarie simpliciter et de plano sine strepitu et figura
iudicii etiam per delationem sacramenti sive per relationem prout iudici videbitur.
Nec etiam possint litigantes cogi ad compromissum faciendum eo
casu quo actor reo vel reus actori vellet deferre iuramentum super tota
lite quecumque sit lis et de qualicumque et quantacumque re vel quantitate et eo
casu per iuramentum causa debeat terminari sub pena Centum libr. den. dictis
iudicibus et cuilibet eorum secus facientibus vel procedentibus in predictis in qua
penam per eorum syndicatorem debeant condempnari. Volumus quod si
actor succubuerit in causa de qua factum fuerit compromissum modo super
dicto teneatur et debeat solvere Massariis Comunis Perusii duos soldos den. pro
pro qualibet libra totius quantitatis petite vel extimationis rei petite vel
extimationis interesse vel facti petiti secundum extimationem factam ut supra dictum est.
nomine pene infra quinque dies post latam sententiam vel laudum datum. Si
pro tota summa ubi questionem perderet in totum. Et ubi autem in totum
non perderet solvat pro illa parte tantummodo in qua succumberet de quibus
medietatem habere debeat a dictis Massariis reus sine aliqua apodixa
precepto vel mandato et alia medietas sit Comunis Perusii. Et potestas et
Capitaneus ad petitionem petentis habita et visa sententia arbitrorum et arbitra-
torum in qua convictus est absolutus in totum vel pro parte et visa extimatione fac-

a Massarii quando non quantitas pecunie petita sint debeant, et teneatur exe-
cutionem de facto fieri facere capiendo et gravando predictos debentes solvere
ad petitionem dicti rei vel dictorum Massariorum. Et quod pars illarum qua sententia
vel laudum lata vel latum fuit teneatur et debeat infra tertiam diem post
sententiam latam vel laudum denuntiare et notificare dictis Massariis ipsam
sententiam vel laudum, et ipsi Massarii denuntiare debeant potestati vel Capitaneo
ut fiat executio dicte pene occasione predicta, et aliter dicta sententia vel laudum pro
eo lata vel latum sibi non valeat ullo modo. Nec liceat unicuique ignorantiam
laudi lati pretendere set scire presumatur eo ipso quod pro eo fuerit latum laudum.
Et etiam teneantur dicti arbitri et arbitratores ad penam centum librarum denariorum
auferendam eis a potestate vel Capitaneo vel maiori Syndico de facto sine alio pro-
cessu vel Iuris ordine condempnare partem succumbentem in totum et in expensis
quas adversarius fecit in causa. Et predicta omnia et singula locum habeant
in compromissis fiendis iussu Iudicis tantum lite et controversia mota. Et si
aliqua partium petierit a Iudice compromissum fieri ut in principio capituli
continetur. Non autem in compromissis fiendis motu libero et libera voluntate
compromittentium. In causis vero quando non esset aliqua lis vel controver-
sia seu questio vel causa mota coram aliquo Iudice vel offitiali Communis pist(orii)
vel esset mota et partes vellent libera voluntate cuiuslibet earum inter se facere
compromissum et eam questionem seu de causa et questione compromictere
liceat partibus et possint partes compromictere et compromissum facere
de Iure et de facto vel de Iure tantum de lite et questione causa et controversia vel
discordia et contentione in unam personam vel duas vel tres vel plures personas
cuiuscumque conditionis etiam advocatos procuratores et notarios presentes tamen et
acceptantes et non absentes ullo modo, et de quacumque lite questione causa
seu controversia discordia et contentione et de quantacumque quantitate vel rei vel interesse
extimatione. Et tali facto compromisso locum habeant que in presenti capitulo
continentur. Excepto eo quod dicatur in . §. Volumus quod si actor et cetera de pena
solvenda ab actore si succubuerit in causa in totum vel pro parte, et excepto eo quod
dicatur de termino intra quem debet causa lis vel questio per arbitros et arbi-
tratores terminari. Qui terminus in huiusmodi compromissis libera
compromictentium voluntate fiendis intelligatur esse sex mensium et non ultra
nisi de maiori vel minori termino, et tempore compromictentes voluerint et fuerint
in concordia. Et excepto quod huiusmodi arbitri et arbitratores non laudando penam
non incidant supra scriptam. Et excepto quod eorum laudum possit dici nullum
vel peti reductio ad arbitrium boni viri de laudo iniquo et quod iniquum esse dice-
retur lato ex tali compromisso. Et excepto quod possit peti integrum restitu-
tio per minorem adversus laudum et sententiam ex quo seu qua diceretur
minorem nimis fore lesum. Que dictio de nullitate laudi, et que peti-
tio reductionis ad arbitrium boni viri, et petitio restitutionis in integrum fieri
possit intra decem dies utiles tantum a die lati laudi et notificationis facte

per publicam scripturam de laudo lato parti contra quam laudum fuerit latum et
non postea ullo modo. Set elapso dicto tempore decem dierum contra tale laudum ni-
chil impetrum possit dici obici vel opponi, et transeat talis sententia et tale lau-
dum in rem iudicatam, et per sententiam iudicis que transivit in rem iudicatam
habeatur et sic et executioni mandetur sicut confessio legitime in iudicio facta
mandari debet. // Preterea cum plerumque contingat quod arbitri et arbitratores
recipiunt a compromictentibus obligationes et promissiones inter causa
mutui vel depositi vel alia ad hoc ut compromictentes laudum ferendum
observent, et postea laudo sumato et facta de laudis satisfactione et executione
tales obligatos liberare recusent. Statuimus quod omnes illi qui futuro tempore
essent obligati ex tali causa licet alia causa sit expressa in promissione et
obligatione ipsis arbitris et arbitratoribus vel arbitris iuris tamen vel alteri pro se
vel tempore preterito essent obligati causa et occasione predicta statim laudo observato
et satisfactione et executione facta de laudatis vel elapso tempore intra quod debuit
sententia et laudum ferri tales promissiones et obligationes sint nullius vigoris ipso
iure, et instrumenta si facta essent de ipsis promissionibus et obligationibus ipso iure
non valeant. Et potestas vel capitaneus pena centum librarum denariorum ad petitionem
petentis cassari faciant talia instrumenta, et refutari faciat obligatos de ipsis
promissionibus et obligationibus, et possit et debeat ad hoc procedere summarie et de
facto et sine strepitu et figura iudicii. De blassemantibus vel male- 14.
dicentibus deum vel beatam virginem Mariam vel aliquem sanctum
dei. Et facientibus vota et iuramenta illicita et irreverenter. Et de vitio
sodomitico. Et de comedentibus carnes diebus vetitis. Rubrica.

Demum intollerabilium scellerum peccatorum patientiam divine pie-
tatis accedat et obstinatam vitiorum malignitatis iustitia puniat ad iun-
dictam ne propter blasfemias et maledictiones et iuramenta seu vota in- 14. c.
honeste et irreverenter facta quibus homines creatorem suum pro verenda mem-
CXXII. bra dilacerat et bestiale sodomiticis vitiis inquinati. Et comedentes car-
nes diebus vetitis scelerate deum et naturam cotidie vilipendit ne perpe-
tratores deus ira corripiat vel arguat in furore. Statuimus et ordinamus
quod quicumque tante iniquitatis et superbie et tam nequam extiterit quod deum deum
nostrum sub quocumque nomine trium personarum vel eius matrem virginem et gloriosam
sanctam Mariam vel sanctos vel sanctas dei quocumque maledixerit. Si maledixerit deum
vel ei dicendo maledecto sia dio in ducentis libris denariorum puniatur, quam
penam si solvere non poterit infra decem dies a die qua venerit in fortiam
comunis pisani lingua sibi debeat amputari ita quod decetero non possit loqui.
Si autem aliter maledixerit deum seu ei vel dictum deum blassemaverit vel beatam
virginem Mariam vel aliquem ex sanctis suis maledixerit vel blassemaverit
condempnetur et puniatur per iudicem potestatis ad hoc deputatum in centum
libris denariorum pro qualibet vice in pecunia numerata pro primo delicto seu prima condempnatione.
Et pro secundo delicto seu pro secunda condempnatione in ducentis libris denariorum.
Et si ulterius peccaverit maledicendo vel blassemando aliquem ex predictis

in Quingentis libris den. pro qualibet vice debeat condempnari. Et si quis dixerit tale verbum vz desa nesta dio condempnetur et puniatur decem pro vice qualibet in decem libris den. in pecunia numerata. Statuimus etiam quod quicumque iniqui et irreverenter fecerit votum seu iuramentum ad corpus vel ad sanguinem vel ad aliquod genus viscerum vel in bivo yhu xpi vel sue matris virginis gloriose vel alicuius sancti vel sancte vel iniqui et irreverenter dixerit vel negaverit aliquid de predictis humanitatem xpi vel beate virginis Marie vel alicui ex sanctis suis vel aliud votum seu iuramentum irreverenter fecerit aliquem de predictis nominando vel loquendo de humanitate domini nostri yhu xpi vel beate Marie virginis vel alicui ex sanctis suis pro quacumque verborum expressione puniatur in decem libris den. in pecunia numerata. Volumus etiam et ordinamus quod comedentes seu qui comederit carnes diebus et temporibus infrascriptis in quibus esus carnium prohibitus est a sancta matre Ecclesia videlicet in diebus quadragesimalibus et diebus quatuor temporum et vigiliarum festivitatum beate Marie et apostolorum et aliorum sanctorum diebus veneris condempnentur et condempnari debeant in Centum libr. den. pro quolibet et qualibet vice. Et macellatores et pollaroli vel aliquis ipsorum dictis temporibus et diebus non possint nec debeant vendere carnes vel pullos vel dare aliquam causa comedendi ipsis diebus et temporibus vetitis. et qui contrafecerit simili pena puniatur. Salvo quod predicta non intelligantur in infirmis habentibus licentiam a medico vel a domino Episcopo perusino.

Insuper statuimus et statuendo declaramus quod nulla persona audeat vel presumat committere vel perpetrare peccatum sodomiticum contra naturam nec committenti seu facienti tale scelus consentire. Et si quis fuerit repertus culpabilis de predictis vel aliquo predictorum condempnetur et puniatur pro prima vice qua repertus fuerit tale tale scelus commisisse seu committenti consensisse in Ducentis libris den. Et si postea reperiatur committere dictum scelus vel committenti consentire pro secunda vice si iam fuerit pro prima vice condempnatus puniatur et condempnetur pena Quadringentarum libr. den. Et si tertia vice commiserit scelus predictum vel committenti consenserit et iam de predictis vel aliquo predictorum fuerit bis punitus et condempnatus igne debeat cremari ita quod penitus moriatur. Et quilibet condempnandus ifuturum de vitio seu peccato sodomitico sit infamis infamia iuris et facti. Et ad probationem omnium et singulorum contentorum in presenti statuto et sub Rca suprascripta sufficiat probatio duorum testium de veritate vel quatuor testium fidedignorum de fama et habeatur pro plena probatione. Et hoc locum habeat quando proceditur per viam accusationis coram potestate vel capitaneo vel Iudice potestatis ad hec deputato vel ipsi seu alter eorum procedit per Inquisitionem ex eorum offitio. et in omnibus et singulis casibus supradictis nullus de magnatibus possit testificare contra aliquem popularem nec etiam possit accusare aliquem popularem de predictis vel aliquo predictorum. Et si secus fieret non valeat nec teneat ullo modo ipso iure. Et

ad hec ut predicta celerius debitum sortiantur effectum et ad reprimendum blasfe-
miam et audaciam illorum qui dicta facinora committere presumunt vel aliquid predictorum
ne impunitas facinorosos faciat audaces. Statuimus et ordinamus quod illi
duo boni homines deputati et qui deputabuntur ad eligendum iudicem et
assessorem seu consultorem syndicatus nostri potestatis et capitanei qui a co-
mmuniter omnibus sint secreti teneantur et debeant pena quingentarum librarum denariorum
de sex mensibus in sex menses dare in scriptis cancellario communis prius quinque
bonos homines fideles et bone vite timentes deum videlicet unum pro qualibet porta
et iurare debeant ipsos quinque bonos homines nemini revelare. Et dictus cancella-
rius teneatur et debeat vinculo iuramenti dictos quinque bonos homines sollicitare
ut faciant electionem predictam et iuramentum deferre ut ipsos electos teneat
in secreto. Et postquam dicti quinque fuerint sic electi dictus cancellarius separatim
et secrete mittat ad eos ita quod unus non possit alterius scire nomen et
sub vinculo iuramenti quod iuramentum dictus cancellarius deferre debeat
teneantur eligere de unaquaque pro sua porta et in scriptis dare can-
cellario duodecim bonos et fidedignos homines quibus dictis iurare debeat
non revelare aliquem ex eis et isti sint et esse debeant custodes et denumptiato-
res secreti et omnium et singulorum quos audiverint sive invenerint sive viderint
blasfemare sive maledicere deum vel eius matrem beatissimam virginem
Mariam aut aliquem sanctum vel sanctam dei vel iurare seu votum facere inhone-
ste et irreverenter nominando et loquendo et exprimendo irreverenter ut supra dictum
est vel carnes supra dictis temporibus vetitis comedere vel sodomitice peccare vel
peccanti consentire vel attemptare dictum scelus committere ut supra dictum est quos
custodes et denumptiatores seu nomina ipsorum dictus cancellarius teneatur et debeat
dare in scriptis domino iudici potestatis et ipsum debeat informare in secreto ut pre-
dictis custodibus et denumptiatoribus mittere debeat separatim et secrete ita quod unus
alterius non possit scire nomina et quilibet ipsorum custodum et denumptiatorum
iurare faciat sub certa pena eius arbitrio imponenda quod denumptiabunt
omnes et singulos delinquentes in aliquo casuum predictorum per cedulas mittendas
per ipsos custodes et denumptiatores in cassulas sive in cippos positos in locis
et ecclesiis fratrum minorum de porta [illegible] Sancti Dominici de porta Sancti
Petri et Sancti Augustini de porta Sancti Angeli in quibus cedulis scribatur nomen
et prenomen delinquentis et annus et mensis et locus delicti et porta et parrocchia
delinquentis vel delinquentium in predictis vel aliquo predictorum si delinquens vel de-
linquentes sint de aliqua porta et parrocchia alias ponatur locus unde est si
sciri potest per ipsos custodes et denumptiatores ponendo ipse verba blasfemie
vel iuramenti et tot verba blasfemia seu iuramenta seu voti illud inhonestum
fuerit inhoneste factum et irreverenter ponendo etiam singulariter quot verba
dictum peccatum sodomiticum commissum fuerit vel attemptatum committi vel
committenti consensum. Et sic etiam fiat de comedentibus carnes dictis vetitis
temporibus. Et ad hoc ut nulla fraus in dictis cedulis committi possit et
nulla cedula fieri possit per aliam personam quam per ipsos custodes et denumptiatores

ponatur vel fiat in ipsis cedulis certum signum dandum dictis custodibus per illam
personam quam dictus cancellarius dixerit declarandum. Cuius signi copia
vel impressio dari debeat dicto iudici potestatis ad hoc ut per illud videat et
cognoscat dictas cedulas fore solummodo per dictos custodes et denumptiatores
missas in dictas cassulas sive capsas et dictis cedulis sic signatis dari debeat
plena fides et dicte cedule habeantur pro plena probatione etiam quo ad condep-
natorem faciendum de predictis vel altero predictorum. Et dictus iudex potestatis
teneatur et debeat ire quatuor vicibus quolibet mense ad dictas ecclesias et qua-
libet earum ad aperiendum dictas cassulas sive capsas secrete et occulte ita
quod a nemine legi vel videri possint dicte cedule nisi a supradicto iudice vel no-
tario quem secum duxerit. Et ne fraus committi possit Guardianus vel
prior ordinis dictorum fratrum debeat esse presens quando dicte cassule sive capsi
aperientur. Que cedule debeat copiari et exemplari per dictum iudicem vel per
notarium quem secum duxerit si signate fuerint signo predicto et originales
relinquere in dictis cassulis sive capsis donec super eis et super contentis in
dictis cedulis processus fuit expeditus seu executio facta fuit contra denumptiatum
seu nominatum in dictis cedulis vel altera earum. Et postea dicte cedule combu-
rantur per dictum iudicem vel per notarium mandato dicti iudicis ad hoc ut
nullus umquam possit cognoscere scripturam talis cedule originalis
sive talium cedularum nec habere possit notitiam eius vel eorum qui dictam
cedulam seu cedulas scripserit et in dictis capsis seu cassulis posue-
rint. Et quilibet Guardianus seu prior dictorum ordinum habeat et habere
debeat a Massariis communis predicti unum librum cartarum bombici-
narum in quo presente iudice qui vadit ad aperiendum dictas cassulas sive
capsas scribantur nomina et prenomina delinquentium et delicta et quot vicibus
delinquerint tempore et loco delicti ut supra dictum est. Qui liber tempore syndica-
tus dicti iudicis debeat suis syndicatoribus assignari ut per predictos syndicos
videatur an dictus iudex fuit negligens in predictis et dicti syndici tempore syn-
dicatus debeat facere sibi tradi libros a dictis Guardiano et priore sub
pena viginti quinque librarum denariorum pro quolibet eorum si fuerint negligentes. Super quibus
cedulis dictus iudex teneatur et debeat contra denumptiatos seu nominatos in
dictis cedulis procedere et eos punire et condepnare pro delictis et excessibus de qui-
bus et pro quibus denumptiati seu nominati essent et penam imponere secundum quod
superius singulariter est expressum. Salvo quod ubi quis non blasfemaret deum
vel eius matrem virginem Mariam gloriosam vel aliquem sanctum vel
sanctam dei sed iuraret ad corpus vel sanguinem vel ad aliquod genus vi-
scerum vel membrorum eiusdem dei vel eiusdem matris gloriose virginis Marie
seu alicuius sancti vel sancte dei aut irreverenter nominaret aliquem vel aliquod
de predictis vel irreverenter loqueretur de deo vel beata virgine Maria vel de ali-
quo sancto vel sancta dei sub quacumque verborum forma et fuerit denumptiatus vel nominatus
in dictis cedulis vel aliqua earum tunc et eo casu dictus iudex potestatis possit et
debeat sine strepitu vel processu et omni iuris ordine obmisso et pretermisso set solum

visa seu visis dicta cedula seu cedulis de facto auferre pro Comuni pusii decem
soldos den. pro quolibet sic delinquente et qualibet vice qua contrafecerit qua pena
ablata contra dictum delinquentem non possit postea per aliquem offitialem Comunis
pusii pro dicto eodem delicto pro quo fuit dicta pena ablata per dictum Iudicem cogno
sci per viam Inquisitionis accusationis vel denumptiationis. Et ubi dictus Iudex proce
deret contra blasfemantem vel maledicentem predictum vigore cedule seu ce
dularum in dictis cassulis seu capsis reperte vel repertarum possit et debeat delinque
nti auferre nomine pene de facto sine aliqua sententia vel processu visa dicta cedula pro
qualibet vice Quinquaginta libr. den. tantum et non ultra ullo modo qua pena
imposita vel exacta per dictum Iudicem non possit pro dicto eodem delicto pro quo
fuit pena imposita predicta contra dictum delinquentem per aliquem offitialem
Comunis pusii per viam accusationis vel Inquisitionis vel denumptiationis. Volumus
tamen quod contra denumptiatum seu nominatum in dictis cedulis pro sodomia seu pro
peccato sodomitico predicto non possit nec debeat ad condempnationem vigore dictarum
cedularum nisi reperte fuerint contra unam eandem personam de eodem delicto
saltem quinque cedule in substantia concordantes quibus quinque cedulis repertis tene
atur et debeat dictus Iudex dictum delinquentem condempnare et punire penis sup
rius denotatis et declaratis pena dicto Iudici si negligens fuerit in predictis vel
aliquo predictorum aut contra predicta vel aliquod predictorum fecerit Quingentarum libr. den.
imminente que debeat sibi auferri per suos Syndicatores tempore sui syndicatus.
Volumus Insuper et statuimus quod in omnibus supradictis casibus ubicumque ipsorum
alicui persone masculi vel femine esset imponenda pena pecuniaria si fideiuss[ores]
non dederit de Iudicato solvendo ponatur in carceribus Comunis pusii de quibus
per aliquem offitialem Comunis pusii excarcerari vel relapsari nullo modo possit etiam
amore dei. Et demum facta integra solutione pene sibi imposite possit de dictis
carceribus relapsari.

Quod volentes licentiam portandi arma accedant coram Capitan[eo] ad certum terminum. Rubrica. 127 +

Capitaneus tempore pusii in principio sui regiminis faciat publice
bapniri per Civitatem et burgos pusii ita quod valeat esse omnibus mani
festum. Quod quicumque vult licentiam portandi arma ad suam de
fensionem ad certum terminum assignandum in ipso bapnimento coram ipso Capi
· CXXIIII · taneo accedere debeat. Et si quis venerit ad licentiam postulanda arma porta
ndi debeat scribi per notarium extraordinariorum domini capitanei et cum omnia sol
vere debeat Massario Comunis pusii pro quolibet genere armorum defendibilium de sex
mensibus in sex mensibus viginti soldos den. et apodixam solutionis ipsam factam assi
gnare dicto notario. Cum notarius in concessione dicte licentie scribere debeat soluti
onisse dictam gabellam seu quantitatem. Item quod illi qui arma portandi licen
tiam postulabunt antequam licentiam eis concedatur dent et dare debeant ad minus
duos fideiussores quos dare voluerint et dicti fideiussores sint tales quod eorum bona
bene valeant Quingentas libr. den. et approbentur et approbari debeant per appro
batores fideiussorum illorum qui portandi arma licentiam postulabunt. Et ipsi

no. quod ... portandi arma debet solum defendibilia debet solvere singulis sex m[ensibus] xx s. p. quolibet genere armorum


approbatores videlicet duo pro qualibet porta eligantur et eligi debeat ad brevia in
maiori Consilio Civitatis Perusii. quorum offitium duret per sex menses aliquo
statuto non obstante. Et cognantur dictum offitium facere ac etiam acceptta-
re. Et habeant quilibet eorum pro suo salario pro toto dicto tempore Tres libras denariorum a
Massariis Comunis Perusii sine solutione gabelle viso dicto statuto. et nichil ali-
ud percipere possint vel debeant. Qui approbatores scilicet quilibet eorum duo pro
sua porta debeat et teneatur approbare omnes fideiussores illorum qui portare
arma licentia voluerit. et omnes et singulos fideiussores fideiubentes in ali-
qua causa criminali. ita quod dicti fideiussores sint sufficientes in habendo et
faciendo et solvendo ea que continentur in presenti capitulo. et omnia et singula
que promiserint secundum formam eorum fideiussionis. Et si dicti fideiussores approbati
non essent sufficientes ad ea omnia supradicta ipsi approbatores teneantur de eorum
bonis ad ea que tenentur fideiussores pro eos approbati. Et ad omnia predicta dicti
approbatores penitus compellantur. et approbatione et predictis peractis possit postmo-
dum petenti licentiam portandi arma concedi et concedatur. Que licentia valeat
toto anno. dummodo Capitaneus successor faciat a suo notario renovari et
refici appodixas novas illis qui habere recipientur licentiam arma portandi
a Capitaneo suo precessore. Et illi qui haberent licentiam a predicto Capitaneo
ipsas appodixas faciant renovari ut vere sciatur qui vult portare arma
et qui non. Dummodo portantes arma non teneantur aliter cavere ipsi Capi-
taneo successori nisi sicut supra scriptum est. et de Capitaneo in Capita-
neum observetur. Salvo et reservato quod si erit aliquis qui non habeat licentiam
arma portandi ad defensionem et voluerit licentiam a Capitaneo qui pro tempore
fuerit possit ei dare et concedere licentiam arma portandi ad defensionem receptis
fideiussoribus ab eo ut supra in hoc capitulo continetur. Et fideiussores qui dabun-
tur ab illis qui armorum licentiam postulabunt dari debeant de Quingentis
libris denariorum ad minus qui promictant et promictere debeant quod ille pro quo fideiu-
bebunt non offendet aliquam personam. et si offenderet quod solvet penam supra
denotatam. quod si solvere non posset ipsi fideiussores de suo ipsam penam in so-
lidum solvere teneantur. et eam solvere promictant. Et si illi qui ac-
ceperint licentiam arma portandi non erunt sufficientes ad penam solvendam
si commiserit aliquod maleficium. sed non fuerit sufficientes fideiussores eorum pro eis
ipsam penam solvere compellantur. Ille autem qui habebit licentiam porta-
ndi arma defendibilia a Capitaneo predicto si aliquem offenderit teneatur solvere
duplicem penam qua deberet solvere ex forma aliarum statuti predicti Perusii. Vo-
lumus tamen quod licentia portandi arma alicui existenti alterius vel alicui cuius
libra in libris Comunis Perusii non reperiretur nullatenus concedatur. et si concederetur
talis licentia non valeat ullo modo. Et ille existens alterius et ille cuius libra
in libris Comunis Perusii non reperiretur si foret inventus cum aliquibus armis pu-
niatur de ipsis et pro ipsis armis non obstante quod fuit concessa licentia portandi ar-
ma ei vel eis vel alicui eorundem. Salvo et reservato quod quandocumque voluerit pro ali-
quo suo familiari vel aliqua persona licentia portandi arma ad defensionem.
de armis defendibilibus de quibus mentio fit in statuto dictus Capitaneus teneatur
et debeat licentiam petentibus et volentibus dare receptis fideiussoribus et servata

fora p̄ntis capli. Omnia aut̄ que in hoc caplo ↄtinentur Capitaneus
teneatur facere in illis octo dieb; quib; steterit in Ciuitate pis̄ postq̄ inc-
perit offitiu sui regiminis et postea eius imminente. Et quicumq; habuerit
licentiam arma portandi a dn̄o Capitan̄ pp̄li nō possit dicte licentie re-
nuptiare toto tp̄re illius Capitan̄ qui dictam licentiam ↄcessit et si renup-
tiaret dicte licentie dicta renuptiatio nō valeat nec teneat. Et si voluerit
renuptiare postmodum dicte licentie teneatur ₇ debeat facere publice bap-
niri p̄ plateam Comunis pis̄ q̄ talis renuptiauit licentie sibi ↄcesse al'
dicta renuptiatio nō sibi p̄sit. Et post dictam renuptiatōem sic factam ille
qui sic renuptiauerit et eius fideiussores a penis ₇ bapnis sibi impositis
ab omib; ₇ singlis p̄missionib; ₇ obligatōib; in quib; posset esse aliqua-
liter obligati occ̄one licentie portandi arma sibi ↄcesse sint penitus ab-
soluti. Et q̄ vnusquisq; qui habebit uł habet licentiam armo₂
debeat ipam facere registrari p̄ notarium Massarioȝ Comunis pis̄. Qui
notarius Massarioȝ facere teneatur ₇ debeat vnum librum de dictis licētijs
et tenere ipm in camera dc̄ Massarij. et qui registrari nō fecerit nō gaudeat
beneficio dc̄e licentie. Qui notarius teneatur ipam licentiam subscribere eo
ipo q̄ ipam registrauerit. Et dicta registratio in dicto libro in camera dc̄a Massarij
habeatur p̄ plena p̄batione in omib; casib; p̄dictis. Et p̄dc̄a dictus notarius
facere teneatur sine aliquo salario uł mercede. Potas insup et
Capitaneus nō possint dare licentiam portandi arma ultra formam sta-
tutoȝ. et si ↄtrafecerint puniantur p̄ quolibet eoȝ p̄ vice qualibet in
centum libris den̄.

De habente licentiam portandi arma ad defensionem. et q̄ quilȝ
liceat arma portantes accare. Rca.

Jlle qui hūit licentiam portandi arma ad defensionem portauerit ar-
ma aliqua uł aliquod genus armoȝ ad offensionem puniatur p̄ 128
quolibet gn̄e armoȝ sibi inuentoȝ simili pena qua puniretur
qui nō haberet licentiam portandi. Pro illis aut̄ armis de quibus
haberet licentiam portandi minime puniatur aliquo caplo nō obstante
-CXXIIII- et de hiis fideiussores quos dederit nō teneantur. Et si talis hns
licentiam portandi arma ut dictum est sc̄dm formam capli p̄xīe p̄cedentis
aliquē interfecerit duplicatā penā quā deberet soluere ex forma aliarū statutoȝ
soluere teneatur. Jlle aut̄ cui ↄcedetur licentia portandi arma ad de-
fensionem sc̄dm formam statutoȝ ↄcedatur licentia de planella pangalia sine
coretto collare sine gorgeria ₇ similib; ferri et nō de alijs armis. et ne-
mo alia arma portare debeat sub pena que in statuto nō ↄtinetur.
Et q̄ frequentius renocatur in dubium utrum quilȝ ↄpetat arma por-
tantes accare. ad tollendū dictam ambiguitatem duximus statuendū
q̄ quilȝ possit denuptiare ₇ accare illos qui arma portaret ↄt formā
statutoȝ ₇ ordinamentoȝ Coīs ₇ pp̄li pis̄. et quilȝ ↄpetat accatio ₇ denup-
tiatio sup̄dicta. aliquo caplo uł alio q̄d posset opponi i ↄtrariū nō obstante.

Contra ludentes ₇ ludum tenentes seu receptantes. Rca.



xorit.

Cxxv.

Cum dicatur p maiorem ptem Ciuiu perusinoꝝ q ludus fit in mul
tis domibus secrete et in absconditto ad ludum taxilloꝝ ex quo
multi et maxime iuuenes depauperantur et ipsoꝝ bona ꝯsumunt
et bona eoꝝ vendunt ⁊ alienant ut ludere possint | et etiā pignora dant
et instrumēta fiant in ludo et in domib; ubi ludunt qđ est valde dap
nosum ⁊ piculosum | et etiā subcedit ⁊ subcedere potest ad malum sta
tum Ciuitatis perusij | ut hec nō fiant ulterius et timore pene a talibus
desistatur | puiderunt ⁊ ordinauerunt q nullus audeat uł psumat retine
re ludum taxilloꝝ in domo sua uł sue habitationis uł in domo qua tenet
ad pensionem uł ab alio ꝯducta uł sibi ꝯcessa de die uł de nocte | Et
siquis ꝯtrafecerit in retinendo de nocte scilicet post sonum campane que pul
satur de sero p discernendo diem a nocte et an sonum campane que pul
satur de mane sequentis diei pena Quinquaginta libr deñ puniatur si
nō de die puniatur dimidia dc̄e pene | Et nichilominus si de tali retentione
puniretur seu ꝯdepnaretur dc̄us retinens duab; vicib; talis domus to
ta de fc̄o debeat excoperiri p potestatem uł Capitan uł Maiorem Syndicū
Comunis perusij qui sedam sniam ꝯdepnatōis tulerit | et stare debeat
discoperta p annum et sine tecto aliquo | Et si dn̄s domus ꝯducte p retinere
ludum uł ipius domus locator pbabiliter ignorauerit in dc̄a domo ludum
retineri omē dapnum ꝯtingens ex dc̄a discoperitione ⁊ occone ipius ei
debeat p dc̄um retinentem ludum integre reficere | Et quilib; ludens
puniatur qualibet vice qua luxerit pena viginti quinq; libr deñ si de noc
te luxerit | si nō de die puniatur pena decem libr deñ si extra plateam
Comunis perusij luxerit | si nō luxerit in platea uł iuxta plateam p viginti
passus uł in aliqua domo iuxta plateam p quatuor domos siquidem de noc
te pena Quinquaginta libr deñ puniatur | si nō de die viginti quinq; libr
deñ penam debeat substinere | Et simili pena puniantur retinentes lu
dum in domo | et domus debeat discoperiri in prima ꝯdepnatione que fiet
et ponatur spalr in snia qua punientur ludentes | et debeat ut dc̄m est
stare discoperta p annum | et habeat etiā locum hoc qđ dc̄m est sup de domo
conducta et dapni emendatione fienda dn̄o domus si ignorauerit pdc̄a | Et
de pdc̄is quilibet esse valeat accusator ⁊ denuptiator et teneatur sibi cre
dentia | et habeat dimidiam ptem eius quod venerit in Comune dūmodo
dc̄am accusationem uł denuptiationem pbet p duos testes fidedignos | Et
teneantur Massarij Cois perusij uł alter eoꝝ si soluerit talis ꝯdepnatus uł de
venditione suoꝝ bonoꝝ fuerit habita pena condepnationis dare dc̄am ptem
dc̄is accusatoribus seu denuptiatorib; sine aliqua apodixa pcepto uł man
dato cuiuspo q pena dc̄e ꝯdepnationis venerit in Coi. | Et potestas ⁊ Capitan
et etiā maior Syndicus dc̄e Ciuitatis teneantur ⁊ debeant rimarj facere
p eoꝝ offitialem ⁊ familiares p Ciuitatem burgos ⁊ suburgos perusij p
ludentibus | Et etiā possint licite ⁊ impune domos intrare ubi sciuerint
ludentes stare ad ludendum | et quos inuenerint publice ducere tene
antur ⁊ debeant ad eoꝝ palatia | et ab eis fideiussores nō recipiant nisi
postquam eos ad palatium duxerint | et eos ꝯdepnare ⁊ punire pena supdc̄a



Quam penam soluere teneantur in pecunia numerata sine aliqua excomputa-
tione apodixa et quod stetur et credatur relationi offitialis seu famulie inve-
nientis tales lusores ad ludendum et corum et cuiuslibet eorum relatio pro
plena probatione habeatur. Et habere debeant dicti offitiales de omni eo
quod venire fecerint in Comune a Massariis Comunis pergusii sine aliquo precepto vel
mandato, quatuor solidos pro qualibet libra, et contra predictos inquirere
et per inquisitionem procedere, et predictos et quemlibet predictorum punire et condempnare
secundum formam presentis ordinamenti. Et quicumque miserit vel acomodaverit
taxillos infornitos implumbatos fenctos et falsos quocumque modo rec-
tos vel taxillos falsos vel luxerit cum taxillis supradictis vel cum aliquo
genere taxillorum scienter condempnetur pro qualibet vice in ducentis libris denariorum
et simili pena puniatur quicumque tales taxillos fabricaverit vel fabri-
cari fecerit, Et pro predictis possit et debeat procedi per potestatem et Capitaneum et ma-
iorem Syndicum Comunis perusii et quemlibet eorum per inquisitionem ex offitio
curie, et quilibet esse valeat accusator et habeat quartam partem pene.
Ille vero qui acomodaverit ludere volentibus ad taxillos aliquod
tabulerium vel banchum ut super ipso tabulerio vel bancho ludus fiat publi-
ce vel occulte condempnetur et puniatur contrafaciens pena vigintiquinque librarum denariorum
pro vice qualibet, et possit talis contrafaciens a quolibet accusari et teneatur
sibi credentia et in secreto et habeat et habere debeat dimidiam partem pene que
soluta fuerit, Et possit quilibet impune et licite accipere et frangere huius-
modi tabulerium et banchum aliquo non obstante. Statuimus
insuper et ordinamus quod quicumque cuiuscumque condictionis et status existat mutua-
verit vel mutuari fecerit alicui ludenti ad quemcumque ludum taxillorum vel stanti
ad ludendum ad ludum taxillorum tempore loco quocumque ubi luderit vel predicto lu-
dente vel stante vel stante ad videndum tempore et in loco ubi ludus fit aliquam
promissionem vel obligationem fecerit vel aliquam fideiussionem vel pignus de-
derit vel promiserit seu dari vel promicti fecerit tali mutuanti vel mutuari fa-
cienti nullum ius vel actio oriatur contra illum cui mutuat seu mutuari
fecit, set dictum mutuum habeatur penitus pro non facto et omnis promissio seu
obligatio et pignoris datio seu promissio seu fideiussio supradicta sit nulla
ipso iure et nullum ius vel actio oriatur recipienti talem promissionem
vel obligationem vel pignoris traditionem contra dictum promictentem vel se obli-
gantem vel pignoris tradentem seu promictentem seu tradi vel promicti fa-
cientem, Et si contingerit dictum obligatum vel promictentem aliquid soluere
vel tradere recipienti talem promissionem vel obligationem vel traditionem seu
obligationem pignoris nullus ei detur regressus vel recursus contra eum pro
quo promisit seu obligationem fecerit vel pignoris traditionem seu obliga-
tionem, set perinde sit ac si dicta promissio seu obligatio seu pignoris tradi-
tio et alia supradicta essent penitus non facta. Et quod per recipiente pignus
debeat fieri pignoris restitutio ipsi pignus tradenti ad eius requisitionem pe-
na vigintiquinque librarum denariorum pro qualibet vice qua neglexerit restituere cum
requisitus fuerit per cuius pene solutionem a pignoris restitutione non valeat
liberari. Et predicta omnia et singula in presenti capitulo contenta non vendicent

nota quod contractus de ludo
solui, ocurre ludi debet
solui in pecunia numerata

et de pre[illegible] [illegible]
danda [illegible]

sibi licitum in ludentibus vel stantibus ad videndum ludum die Nativitatis
dni nri yhu xpi et die precedenti et sequenti et noctibus ipsorum dierum quibus
temporibus etiam nulla sit pena ludentibus vel stantibus ad videndum ludum,
dummodo ludant cum taxillis bonis et rectis et legalibus. Nec etiam ven-
dicent sibi licitum in ludentibus quocumque tempore ad aleas seu tabulas et
ad calculos seu scacchos. Volumus insuper quod dni potestas et Capitan
et maior Syndicus Com. perusii teneantur et debeant omnia et singula con-
tenta sub supscripta Rta facere bapniri et preconari in platea Com.
perusii in locis consuetis et per omnes et singulos burgos dce Civitatis pena
Centum libr. den. cuilibet ipsorum imminente si in predictis extiterint ne-
gligentes per eorum et cuiuslibet eorum Syndicatores eis et cuilibet eorum
auferenda.

De pena homicidii. Rubrica.

Cxxvj. Quia inter atrotiora malefitia ponitur homicidium quasi atrocius aliis
In quo peccato voluntas dei minus offenditur adeo quod secundum phylso-
phum committentem homicidium qui dei creaturam ad imaginem et similitudinem
sui factam destruendo similis esse voluit creatori cum est destruere creatum
vindicta instante coram maiestate divina eorum expostulat angelorum
Et quia frequentius solito facinora tale committitur forte ex lenitate pene
homicidas gravioris pena istatuimus duximus puniendos. Statuimus quod quecumque
persona de Civitate comitatu vel districtu perusii cuiuscumque conditionis vel status exi-
stat fecerit seu commiserit homicidium in locis in quibus pena homicidii non
est personalis nisi commiserit homicidium ad sui defensionem condempnetur prout
infra continetur vz Si commiserit homicidium de die condempnetur et condempnari de-
beat et puniri in sexcentis libris den. Et condempnetur et in fina ponatur
quod si sexcentas libras den. solvere non poterit solvat et solvere debeat Com.
perusii quanto maiorem quantitatem solvere poterit usque ad dictam quantitatem
sexcentarum libr. den. dummodo solvat quingentas libr. den. et non minus
in pena nullatenus sine excomputatione apodixarum. Si vero homicidium
commiserit de nocte condempnetur et condempnari debeat quod solvat Com. perusii pene
nomine Mille ducentas libras den. Et si Mille ducentas libras den. solvere
non poterit condempnetur et in fina ponatur quod solvat et solvere debeat quanto ma-
iorem quantitatem solvere poterit usque ad dictam quantitatem Mille ducentarum
libr. den. dummodo solvat Mille libr. den. et non minus. Et homicida qui condempna-
dus fuit si comparuit sponte in Iuditio vel captus fuit condempnetur et in fina
ponatur quod si non solverit dictam penam infra decem dies a die late sententie in
amputatione capitis et capitaliter puniatur et sibi caput a spatulis ampu-
tetur ita quod moriatur. Si vero ut contumax condempnandus fuit homicida
condempnetur et in fina ponatur quod si non solverit dictam penam pecuniariam infra
quadraginta dies tunc proxime sequentes a die late sententie puniatur pena capi-
tali vz quod quandocumque pervenerit in fortiam Com. perusii caput a spatulis sibi

debeat amputari ita quod moriatur. // Condempnetur etiam homicida comparens
vel captus vel contumax quod si solverit dictam penam pecuniariam in termino superius
assignato stet et stare debeat etiam in relegatione et ad confinia extra Civitatem et com-
itatum pisarum pro homicidio commisso de die per decem annos et pro homicidio commisso de noc-
te per viginti annos a die solutionis numerandos. // Si tamen homicida haberet vel ha-
buerit pacem cum proximiori consanguineo si est unus vel si sunt plures cum
omnibus proximioribus consanguineis existentibus in eodem gradu concurrentibus. Et si proxi-
mior seu proximiores esset vel essent pupillus vel pupilli si habuerit pacem
cum tutore et curatore vel si esset vel essent adultus vel adulti si habuerit vel
habuerint pacem cum adultus vel adulto et eorum vel eius legitimo curatore dummo-
do tutor vel adultus sive adulti et curator predictam pacem faciant de voluntate
et consensu duorum proximiorum consanguineorum adulti seu adultorum vel pupilli inter
quos sit mater aut avia si pupillus vel adultus eam habet et utrumque si utrumque
haberet vel haberent. et aliter ipsa pax non valeat ullo modo. que pax etiam locum habeat
in homicidiis commissis et committendis. et in condempnatis et condempnandis pro homicidio de-
beat talis homicida stare in relegatione et ad confinia pro homicidio commisso de die
per tempus quinque annorum tantum. et pro homicidio commisso de nocte per tempus decem annorum
numerandorum ut supra dictum est et non ultra. // Condempnetur etiam et condempnari de-
beat homicida condempnandus ut contumax ut si solverit supradictam quantitatem pro pena
pecuniaria in termino superius assignato quod solvat etiam et solvere debeat quartam
partem dicte quantitatis plus pro pena contumacie. // Et si homicida ut contumax
condempnandus lata sententia solveret suprascriptam penam pecuniariam in termino assigna-
to sine dicta quarta parte et tunc esset vel postea est contingeret in fortia communis pisarum
pro dicta quarta parte debeat stare in carceribus communis pisarum et non relapsetur nec
possit relapsari nec eximi de dictis carceribus nisi dicta quarta parte soluta communi
pisarum que solvi possit ultra et post dictum tempus quadraginta dierum quocumque
tempore et ratione dicte quarte [illegible] non solute nulla sibi pena personalis imponi valeat
vel inferri donec tamen steterit in carceribus ratione dicte quarte non solute tempus con-
finium nullo modo currat set demum dicta quarta soluta. // Et si custodes carcerum
eum a dictis carceribus eximeret quoquo modo non soluta dicta quarta in mille libris denariorum
per maiorem Syndicum communis pisarum debeat condempnari et quilibet possit de hoc
ipsos custodes accusare et habeat medietatem dicte pene. // Volumus etiam quod dominus
potestas vel Capitaneus de homicidio cognoscens condempnare debeat et punire homicidam
quod etiam ultra dictas penas domus homicide solventis vel non solventis vel a principio
pena capitis condempnati et puniti ubi bona publicanda non essent in Confinibus
demoliantur destruantur et discharchentur et vinee arbores et alia quecumque sua
bona que haberet in Civitate et comitatu pisarum que solo coniuncta debeat penitus
devastari et destrui et destruatur et devastetur. Quam devastationem et destructionem
creditores homicide non valeat defendere seu defensare. Exceptis a dicta devasta-
tione et destructione generali facienda de omnibus bonis turribus que non possit nec debeat
destrui nec discharcari. Et si condempnatus pro homicidio habuit domum com[m]unem cum aliquo
potestas vel Capitaneus qui sententiam tulit dividi faciat talem domum si comode potest

diruendi et porticum homicide destrui faciat et fundamenta discarcari. Si vero non poterit
commode dirui nulla fieri possit destructio vel devastatio vel discarcatio ipsius
domus. Et idem ubi talis condempnatus haberet cum alio aliquod hedificium vel aliam
rem immobilem que commode dirui non posset. Et statuimus quod condempnatus
pro homicidio solvens penam pecuniariam debeat stare in relegatione et ad confinia ut
supra dictum est. Et si non iverit ad confinia extra civitatem et comitatum Perusii die se-
quenti post diem solutionis fiende ut supra dictum est puniatur et condempnetur pena
ducentarum librarum denariorum. Et si iverit et postea venerit aliquo in comitatum Perusii vel
in civitatem et continue non fuerit et non steterit in relegatione et ad confinia per integrum
totum tempus predictum ex tempore quo incipere debuit esse in relegatione et ad confinia condep-
nari debeat et puniri pena ducentarum librarum denariorum pro qualibet vice qua fuerit
contrafactum. Et totum tempus relegationis seu confiniorum reiteretur et reincipiat ex tempore
quo fuit ex hoc condempnatus. Et debeat hec vena cum pena ducentarum librarum denariorum ex-
presse in sententia poni. Et dominus potestas et dominus capitaneus et quilibet eorum teneantur et debe-
ant ex eorum et cuiuslibet eorum offitio et ad petitionem cuiuscumque inquirere et procedere contra eum
qui non iverit vel iverit et non continuaret stare et esse in relegatione et ad confinia ut dictum
est sub pena quingentarum librarum denariorum si negligens fuerit in predictis. Et quilibet
esse possit accusator et habeat tertiam partem dicte pene ducentarum librarum denariorum si soluta fuerit
communi Perusii. Quam tertiam partem dicte pene ducentarum librarum denariorum massarius communis Perusii pena
vigintiquinque librarum denariorum dicto accusatori solvere teneatur et debeat visa sententia lata super
tali delicto sine alia apodixa vel mandato. Et dominus potestas vel dominus capitaneus cogno-
scens de homicidio teneatur et debeat illam personam vel universitatem que fraudem commisit
in defendendo bona alicuius homicide condempnati vel condempnandi si bona venerint publi-
canda vel commisit fraudem in defendendo dicta bona a destructione et devastatione condep-
nare et punire pena centum librarum denariorum. Et qui talem fraudem manifestaverit
et probaverit dimidiam dicte pene si soluta fuerit habeat a communi Perusii seu massario ipsius
communis sine alio precepto vel mandato. Quicumque fieri fecerit homicidium duplicem penam
pecuniariam debeat substinere et solvere quam deberet solvere homicida. Et eidem tempus rele-
gationis et confinium duplicetur. Possit tamen sibi beneficium pacis propter quod beneficium
pacis remictatur sibi dimidia temporis quo stare debet ad confinia seu in relega-
tione prout et sicut dictum est supra in committente principaliter homicidium. Et in defectu
vero non solutionis in terminis supradictis qui homicidiis contra statutum sit penam corporalem
amputationis capitis debeat substinere. Quando vero in preteritum dolose homicidium
commisisset de quo fuit vel erit condempnatus, si aliud homicidium committeret in futurum pena
simili puniatur qua dictum est supra de eo qui fieri fecerit homicidium. Ille autem qui
fecerit in futurum vel fieri fecerit homicidium pro quo fuit exbampnitus et condempnatus vel tantum
exbampnitus vel tantum condempnatus et postea aliud commisit homicidium pro secundo homicidio
condempnetur et puniatur pena amputationis capitis ita quod moriatur. Si contin-
gat aliquem simul seu eodem tempore successive et in eadem rissa committere duo homicidia
etiam condempnetur et puniatur in amputatione capitis a spatulis ita quod moriatur.
Et hec locum habeant contra primum et secundum homicidium vel contra plura homicidia simul seu eodem
tempore successive et in eadem rissa ut dictum est fuerint commissa dumtaxat a Cive in persona

civium vel comitatensium pisanorum vel a comitatense in persona comitatensium vel civium.
— Et si vero quis occiderit simul vel eodem tempore successive in eadem rixa duos fore-
ses vel plures vel unum civem et forensem vel occiderit prius unum forensem
vel civem pro quo homicidio fuerit condempnatus et postea occiderit alium forensem
puniatur et puniri debeat duplicata pena qua puniri deberet si unum tantum
forensem occidisset. Et si prius occiderit forensem pro quo homicidio fuerit condep-
natus et postea occiderit unum civem puniatur et condempnetur pro ipso homicidio
duplicata pena qua puniri deberet si unum tantum civem occidisset et ei confinia
duplicentur. Et si forensis occiderit duos forenses simul seu eodem tempore
successive in eadem rixa vel occiderit primo unum forensem pro quo fuerit condep-
natus et postea homicidium commiserit in persona alterius forensis puniatur per
omnia eadem pena qua puniretur civis predicta contra cives committens. Et
predicta contenta in hoc versiculo et in capitulo Si vero quis occiderit et in capitulo Qui vero
ipsum tractum habent locum in condempnato pro homicidio qui pena condempnationis solvit aut
habeant locum que dicitur in capitulo si aliquis comitatensis infra sub rubrica de exban-
nito offendente etc. Et in omnibus dictis casibus intelligatur ut in principio huius
capituli est expressum scilicet nisi homicida commiserit homicidium ad sui defensionem.
Siquis autem occiderit mulierem que sit evidenter pregnans condempnetur et puniatur
duplicata pena qua deberet puniri si occidisset non pregnantem. Et si mulier pre-
gnans occisa esset civis occidentis debeant confinia duplicari. Et siquis
homicidium fecerit et commiserit pretio corruptus in amputatione capitis irremediabiliter
condempnetur et puniatur. Si accusatus vel ille contra quem per inquisitionem procedit
de homicidio erit in iudicio constitutus ante elapsum terminum banni incontinenti compelli
debeat respondere super accusatione vel inquisitione et precisam responsionem facere confi-
tendo vel negando se fecisse vel non fecisse homicidium de quo proceditur contra eum
et si confitebitur et addet quod fecerit et commiserit homicidium ad sui defensionem potestas
vel capitaneus procedens debeat assignare terminum quod infra tertiam diem dare debe-
at nomina testium quos voluerit inducere ad probandum quod illud homicidium fecerit
ad sui defensionem. Et si postea alios testes vellet inducere non admittantur
nullo modo. Si vero respondendo negabit se fecisse homicidium addendo quod si appa-
reret se fecisse quod fecerit ad sui defensionem talis responsio non accipiatur et non
admittatur sed cogatur respondere precise et simpliciter se commisisse vel non
commisisse homicidium de quo proceditur contra eum. De pena pecuniaria tamen
Nota si soluta fuerit ab homicida vel a faciente seu mandante fieri homicidium due partes
de tribus partibus totalibus remaneat in camera communis penes massarios communis pisani
Tertia vero pars solvatur et detur heredibus interfecti. Quam tertiam partem massarii
communis pisani visa condempnatione et sententia condempnationis facta lata de homicidio dare et sol-
vere teneantur heredibus occisi et interfecti sine alia apodixa vel mandato visa etiam
probatione facta summarie quod tales sint heredes occisi qui petunt dari tertiam partem que pro-
batio facta sit coram iudice communis pisani collaterali domini potestatis vel domini capitanei
nec requiratur presentia vel citatio syndici communis pisani nec porrectio vel dimissio
petitionis et libelli coram dominis prioribus antianis civitatis pisane vel eorum notario
et a pronuntiatione fienda super probatione facta in predictis non possit appellari per aliquem

et appellatio secus interposita non teneat ipso iure. Qua solutionem dicte tre partis
pene facere teneantur dicti Massarij heredi vel heredibus dicti occisi infra octo dies a
die qua fuit eis fides facta de predictis scilicet quod sit heres vel sint heredes occisi pena
dictis Massarijs contrafacientibus in predictis Centum libr. den. In qua pena per dominum
potestatem vel dominum Capitaneum vel Maiorem Syndicum Communis puniri debeant condepn-
nari et de hoc expresse debeat syndicari. De pena autem soluenda per illos
qui condepnati fuerint non ex eo quod necare fecerint vel fieri mandauerint homicidium
set quia fuerint causa vel occasione homicidij condepnati heredes occisi nulla habere debeat
portionem. Preterea statuimus et ordinamus si aliquis interfecerit aliqua
personam cui ex testamento vel ab intestato ipse vel descendentes ex eo succede-
ret vel succederet ab ea successione tamquam indignj tam ipse quam descendentes ex eo
ipso iure penitus sint exclusi. Et hoc etiam intelligatur si talis interficia-
ens esset substitutus casu directo vel per fideicommissum. et pena homicide
pecuniariam duplicem debeat substinere et confinia ei debeant duplicari.
Item statuimus quod si aliquis fuit percussus vel uulneratus mortifere
et contingat uulneratum dicere et declarare coram duobus testibus ad minus
se fuisse percussum et uulneratum ab vna persona quam nominet et declaret
antequam moriatur et nulla alia persona fuisse nec esse culpabilem de percussio-
nibus et uulneribus sibi factis et de morte que sequetur nulli persone liceat
sequta morte accusare de morte et occasione aliam personam quam eam quam mortuus
antequam moreretur ex de morte sua culpabilem declarauit. Et si aliam
personam accusauerit minime audiatur. Et uolumus quod similiter per viam in-
quisitionis ex offitio per potestatem et Capitaneum et eorum iudices vel alterum eorum
non possit procedi contra aliam personam nisi solum contra illam vel illas quam
vel quas qui interfectus erit antequam mortuus esset inculpasset de uulnere
de quo mortuus esset vel dixisset vel declarasset ut dictum est. nisi de auxi-
lio et fauore de quo possint alij accusari et contra eos inquiri non obstante quod
dictus percussus et uulneratus et occisus non declarasset et non nominasset. Et si
percussus uulneratus et offensus ex percussione uulnere et offensa moriretur
et antequam mortuus extiterit non fecerit aliqua nominationem vel declarationem de persona
vel personis a qua vel quibus fuisset percussus et uulneratus. tunc propinquiores
consanguinei et quilibet eorum et quislibet alius dummodo consanguinei presentes
et inter consanguineos illi preferantur qui propinquiores sint gradus possint et
eis liceat accusare quem vel quos uoluerit de tali homicidio et de auxilio et fauo-
re dato prestito et facto homicide vel homicidis infra decem dies tantum a die mortis
occisi proxime subsequentes et non postea ullo modo. Quam accusationem possit coram
domino potestate vel domino Capitaneo instituere et producere et porrigere et prosequi tene-
antur. Et in eadem accusatione et eodem libello accusationis et non diuisis possit accusa-
re omnes culpabiles de tali homicidio. Et predicta non intelligantur nec locum habeant
in dominis potestate Capitaneo Maiori Syndico et alijs offitialibus notarijs et familiaribus
qui vel eorum aliquis si homicidium committeret vel committeretur possit accusari. et post
decem dies a tempore mortis occisi durante tempore eorum offitij et tempore syndicatus eorum.
Set si infra dictos decem dies fuit vel non fuit accusatio instituta de homicidio possit

potestas vel Capitaneus elapsis dictis decem diebus per inquisitionem procedere de homicidio contra omnes alias personas culpabiles de ipso homicidio. Possit insuper dominus potestas vel dominus Capitaneus statim homicidio commisso dare operam ad inveniendum et sciendum culpabiles de tali homicidio et veritatem circha maleficia homicidii commissi, et expectare per dictos decem dies, et si non supervenerit accusator infra dictos decem dies possit et teneatur inquisitionem et processum facere ut supra dictum est. Ille qui commiserit homicidium in aliqua quintarum Civitatis regalium vel in aliquo loco ex locis in quibus committentibus maleficia pene augmentantur ut supra in capitulo quod incipit, Ut maleficia non remaneant impunita, in § si autem percusserit in aliqua Ecclesia, pena duplicata quam si alibi in aliis locis commisisset condempnetur et puniatur. Quicumque vero tractaverit vel ordinaverit cum eo qui homicidium fecerit de homicidio faciendo, vel eum associaverit ad homicidium faciendum et committendum vel ei prestiterit auxilium vel consilium vel favorem ad ipsum homicidium committendum sicut homicida in omnibus et equaliter condempnetur et puniatur.

Volumus insuper quod si potestas vel Capitaneus vel Maior Syndicus vel alius officialis Communis Perusii forensis vel alicuius eorum officiales vel familiares aliquo modo offenderetur vel ipse aliquem offenderet condempnetur et puniatur occidens seu homicida et offensor ea pena et eo modo et forma sicut et prout fuisset occisus vel offensus aliquis Civis originarius ab alio Cive originario. Et quilibet principalis officialis Communis Perusii teneatur et obligatus sit pro suis officialibus et familiaribus ad solvendum penam et penas pecuniarias pro maleficiis que ab eis vel eorum altero committeretur officio durante. Et si in palatio eorum habitationis aliquis de officialibus vel familia dictorum officialium occiderit dolose aliquem Civem vel comitatensem Perusii, principalis officialis dominus talis homicide teneatur solvere nomine pene Communi Perusii, Mille libras denariorum. Sicut in aliis locis in quibus imponitur pena personalis, Quingentas libras denariorum. Si vero cum armis et cum sanguine offenderit si fuerit in palatio vel platea, idem dominus condempnetur in Quingentis libris denariorum. Si vero in alio loco vel alio casu quo offendentibus cum sanguine imponitur pena personalis principali vel in defectum idem principalis officialis in Trecentis libris denariorum debeat condempnari nisi tales homicidas vel offensores in quolibet dictorum casuum ipsi principales domini dederint condempnandos et puniendos officiali Communis Perusii potestatem habenti. In casu vero quo aliquis officialis vel familiaris alicuius dictorum officialium Communis Perusii interfecerit alium de officialibus vel familiaribus eiusdem, tunc dictus officialis principalis Trecentas libras denariorum Communi Perusii solvere teneatur, nisi huiusmodi homicidam dederit puniendum ut dictum est. Et nichilominus non obstante aliqua solutione que fieret de predictis procedatur et procedi debeat contra huiusmodi homicidam seu offensorem in omnibus dictis casibus ad punitionem et condempnationem secundum formam statutorum. Et si aliquis ex officialibus vel familiaribus domini potestatis vel domini Capitanei vel aliorum officialium Communis Perusii, vel ipse dominus potestas vel dominus Capitaneus vel maior Syndicus vel alius principalis officialis dicti Communis offenderet causa officii aliquem in aliqua rixa que esset inter aliquos talis offensa totaliter sit impunita.

Statuimus etiam ad maiorem penam homicide,

Nota quod nullus homicida potest insacchulari In aliquo offitio vel recomendari sub pena mille librarum denariorum Nec etiam ad aliud offitium.

Quod nullus homicida qui pro homicidio condepnabitur in futurum assumi eligi vel extrahi
vel insacculari possit ad aliquod offitium Comunis perusii vel ad aliqua signoriam
de signoriis Terrarum recomendatarum Comunis perusii et si assumeretur eligeretur
vel insacculaieretur talis electio assumptio vel insacculatio non valeat nec teneat
ipso Iure et sic electus vel insacculatus non audeat acceptare offitium vel signo
riam sub pena Mille librarum denariorum Et eadem pena puniatur eligens preter maiore
Syndicum Comunis perusii pena dicto maiori Syndico Quingentarum librarum denariorum sine questione
fiat in predictis Et omnia et singula que dicta et disposita sunt supra in hoc capitulo circa
condepnandum pro homicidio non insacculandum et non assumendum ad offitia et hono
res Comunis perusii locum habeant in confinatis et relegatis et debentibus stare et esse in
relegatione et ad confinia ad tempus in pena aliarum mallis commissis sed ipso tempore dura
te tantum Ceterum que in precedenti capitulo dicta sunt non habent locum in occidente forensem quo
casu a dictis offitiis non repelletur talis occidens In confinatis autem tempore seu occasione re
bellionis rebellium Civitatis perusii habent locum semper Volumus Insuper et ordinamus
quod siquis Civis vel comitatensis perusii interfecerit vel interfici fecerit aliquem forensem
qui non sit principaliter subiectus Iurisdictioni potestatis et Capitanei Comunis perusii in civi
libus et criminalibus sed forensem tamen pene nomine Trecentas libras denariorum solvere teneatur
et ad aliam penam realem vel personalem nullatenus teneatur Et bona sua destrui seu
devastari non debeant et ad morandum extra Civitatem et comitatum seu ad confinia per ali
quod tempus minime compellatur Et si forensis occiderit forensem puniatur et
condepnetur per omnia ea pena qua puniri et condepnari debet Civis occidens Civem.

De frangente alicui aliquod membrum et de mordente seu morsi cante. Rubrica.

Quicumque fregerit alicui aliquod membrum vel costam corporis vel pectoris vel aliud
os sine effusione sanguinis puniatur in Centum libris denariorum Et si sanguis exi
verit pena duplici puniatur Et quicumque momorderit seu morsicaverit
- CXXVII. aliqua personam in facie vel in gula et ex morsu sanguis exiverit puniatur in
Centum libris denariorum Si sanguis non exiverit in Quinquaginta libris denariorum condep
netur Et si ex dicto morsu facto in facie vel in gula exiverit sanguis et cicatrix vel
signum evidens sit perpetuo remansurum vel remansura in facie vel in gula tunc mor
dens seu morsicans puniatur ea pena qua forma statuti debet puniri per
tiens cum sanguinis effusione ex qua percussione cicatrix vel signum evidens sit perpetuo
remansurum vel remansura in facie vel in gula ut patet supra in Rubrica De percutien
te cum armis in capitulo si autem percusserit in aliqua et in capitulo si autem percussio facta
fuerit in aliis locis etc. Et si ex morsu fuerit detruncatus nasus puniatur detrun
cans seu mordens pena qua debet puniri amputans alicui nasum de quo loquitur
infra in capitulo proximo subsequenti Rubrica. Si vero in alia parte corporis et sanguis
exiverit puniatur in viginti quinque libris denariorum. Si vero sanguis non exiverit in decem
libris denariorum puniatur.

De debilitante vel truncante studiose alicui membrum. Rubrica.

Quicumque debilitaverit alicui manum vel pedem vel aliud membrum in totum vel in partem
condepnetur et puniatur in Trecentis libris denariorum Et si dictas Trecentas libras de
- CXXVIII. solvere non potuerit vel non solverit amputetur ei manus dextra Salvo semper quod
dictum est supra in Rubrica de percutiente cum armis in capitulo Si vero quis percusserit in aliquo

de predictis locis ⁊c. et in c. Si autem percusserit in aliqua ecclesia. Ille vero qui pretio vel precibus vel alia re recepta aliquod membrum alicui truncaverit simile membrum membro detruncato sibi debeat detruncari et illud pro pecunia redimi non valeat ullo modo. Volumus tamen quod quicumque amputaverit alicui nasum vel manum a brachio vel pedem a crure seu gambam vel destruxerit seu cecaverit sibi oculum ita quod perpetuo privetur visu ex illo oculo puniatur pena Quadringentarum libr. den. in pecunia numerata sine aliqua excomputatione apodixarum et ad confinia ponatur extra Civitatem et comitatum pisanum per tempus quinque annorum qua penam sine solverit infra terminum decem dierum quem terminum assignare officiales de maleficio cognoscens in sententia manum dexteram sibi faciat amputari. Si vero cecaverit alicui ambobus oculis ita quod perpetuo privetur visu vel amputaverit ambas manus vel ambos pedes vel ambas gambas capite puniatur sine aliquo remedio. Si tamen quis amputaverit nasum vel manum a brachio vel pedem a crure seu gambam vel destruxerit alicui unum oculum in aliquo locorum contentorum sub rubrica de percutiente cum armis. c. si vero quis percusserit in aliquo de predictis locis ⁊c. habeat locum pena imposita ibi pro membro debilitato in locis ibi privilegiatis et nichilominus in dictis casibus ultra dictam penam debeat committens aliquod ex dictis maleficiis poni et stare ad confinia per dictum tempus extra Civitatem et comitatum pisanum. Si vero mutilaverit seu amputaverit alicui labrum seu barbam vel cilia puniatur in Quadringentis libris den. sine aliqua excomputatione apodixarum ut dictum est. Et si aliquod ex delictis supra proxime notatis in dicto. Si vero mutilavit ⁊c. fuerit commissum in aliquo ex dictis locis contentis in dicto c. Si vero quis percusserit in aliquo de predictis et in c. Si autem in aliqua via ⁊c. dicto casu puniatur pena Quingentarum libr. den. quam si non solverit infra decem dies numerandos a die late sententie sibi manus dextera sibi debeat amputari. Si vero amputaverit aurem in totum vel in partem puniatur in ducentis libr. den. nisi hoc delictum fuerit commissum in aliquo ex locis contentis in dicto c. Si vero quis percusserit in aliquo de predictis ⁊c. quo casu puniatur committens pena Quadringentarum libr. den. Et si fuerit commissum in aliquo ex locis contentis in dicto c. Si autem percusserit in aliqua ecclesia pena Trecentarum libr. den. puniatur.

De testibus inducendis in maleficiis et eorum numero. Rubrica.

[S]i quis super aliquo maleficio testes producere voluerit possit tempore predictos
44.t. accusatoris tamen et non postea inducere testes quos voluerit et crediderit habere
scientiam et notitiam maleficii et super una causa maleficii non possint plures
decem ad Iuramenta et dicta producere et idem sit super plura maleficia in eadem
· CXXVIII · accusatione seu libello continerentur. Si vero testes inducere voluerit super ali-
quo maleficio seu super aliqua accusatione ultra decem pro quolibet teste quem
induxerit antequam Iuret dicere veritatem. duos. solidos den. Comuni pisano
solvere teneatur quod si non solverit Iudex tales testes non recipiat ad Iura-
menta et si receperit non valeant eorum dicta. Et hec locum habeat sive ad

defensicem sive alio quocumque modo testes inducantur sup aliquo maleficio Et
potas 7 Capitan et quilibet eorum et cuilibet eorum Judices possint 7 debeat
cogere accusatorem dare sup acctoe qui dati vel recepti fuerit sup denump-
tiatoe vel Inquisitoe primo porrecta 7 formata. // Ad psonas quoque vali-
tudinem impeditas vel quas ppter eorum conditoem no esset honestum in Iudi-
tio comparere potas 7 Capitan 7 eorum Judices et alii offitiales Comunis
perusii mictat eorum notarium ad recipiendum sacramentum et dictum talis pso-
ne in testem date et testimonium 7 iuramentum talis testis valeat 7 teneat
ac si coram Iudice fuisset factum 7 pstitum. Et de hoc utrum dicte psone
sint talis conditois quod no sit honestum in Iuditio comparere stetur discretioni
potatis vel Capitan vel alterius offitialis coram quo debet testimonium
reddi seu phiberi. Et si contingerit quod talis psona valitudine impedita vel
condicionata ut sup dictum est eet in comitatu notarium mictere debeat ex-
pensis postulantis qui notarius nullum ensenium nec aliquid ultra suum sala-
rium recipiat ullo modo Et hoc habeat locum in civilibus 7 criminalibus questionibus.
// Testes vero de comitatu 7 districtu perusii vel aliunde venire debeat ad ci-
vitam perusinam reddituri 7 phybituri testimonium veritatis expensis inducentis
vel inducentium inspecta semp a Iudice qualitate psonarum. Et hoc locum
habeat in questionibus civilibus 7 criminalibus.

De extrahente victualia extra comitatum perusii. Rubrica.

Nemo extra comitatum 7 districtum perusii extrahat vel extrahy faciat aliquod
bladum grassiam vel victualia seu comestibilia vel porcos vel alias besti-
as comestibiles et qui contrafecerit si erit Civis vel comitatensis vel distric-
tualis perusii solvat pene noie pro qualibet bestia in qua detulerit bladum
CXXX. comestibilia seu victualia viginti quinque libr den. et pro quolibet porco 7 qualibet
bestia comistibili quadraginta solidos den. Et si fuerit forensis puniatur du-
plicata pena et si no posset solvere dictas penas ponatur in carceribus Comunis
perusii quousque solverit et ultra dictas penas pdat bestias bladum 7 vic-
tualia et alias res quas portaret et bestias in quibus extraheret res pdictas
Contrafacientes aut quicumque sine licentia a dominis prioribus artium rep-
hendendi p licteras patentes sygillatas sygillis Cois perusii magnis 7 pno
possit 7 ei liceat sine aliqua alia licentia vel mandato reali 7 psonali capere 7
detinere et in fortia dominorum potatis 7 capitan et Cois perusii ducere 7 pn-
tare et habeat et habere debeat 7 lucretur 7 lucrari debeat quilibet sic capiens
et arestans et in fortiam Cois perusii ducens ut dictum est medietatem granum
bladi bestiarum et aliarum rerum quas de pdictis et pro pdictis caperet et in Coi
psentaret ut dictum est et etiam medietatem pene pecuniarie que fieret vel se-
queretur et in Coi deveniret pro pdictis. dummodo dictam psentatoem 7 assignatoem
faciant 7 facere debeat coram potate vel Capitan ut dictum est infra tertiam
diem a captoe seu arestatoe de dictis rebus facienda antea computanda.
// Si aut tales captores vel arestatores psonas 7 res omnes ppterea captas

et arestatas infra dictum terminum ut dictum est non presentaverit et assignaverit bene et
legaliter et fideliter in ducentis libris denariorum pro qualibet core et qualibet vice per pote-
statem vel Capitaneum puniantur et condempnentur. Et nichilominus omnes res
captas et arestatas presentare et assignare teneantur sub dicta pena. et si non
presentaverit ut dictum est nullum comodum percipere nec premium possit habere. set
tamen robbatores possit accusare aliquo eciam dicta licentia non obstante. et non
obstante aliquo statuto in contrarium loquente. // Pisces in cuiuscumque quanti-
tatis amigdole nuces ficus vinum olera poma agrumina et carnes et
lardum ponderis decem librarum et abinde infra et sal et panis cuiuscumque quanti-
tatis usque in viginti panes et spelta et ordeum in quantitate modica usque
ad mediam eminam pro pasto duarum bestiarum in vetito seu in contrabannum non com-
putentur. Et quod dictum est de piscibus intelligatur et locum habeat finantis pac-
tis et conventionibus factis vel fiendis in futurum per Comune pisanum cum emptoribus fruc-
tuum reddituum et proventuum aque lacus Comunis pisani. // Et intelligatur
quilibet ducens seu portans bladum vel alia victualia vel comestibilia ire
et facere contra interdictum et ea extrahere et extra districtum et comitatum vel de
comitatu vel districtu pisano qui inventus fuerit ultra terram que propinquior
est confinie comitatus vel districtus pisani portans talia victualia per hy bita.
Et si directo non esset terra aliqua habitabilis iuxta confinium ille intelligatur
ire et facere contra interdictum qui fuerit repertus iuxta confinium per unum miliare vel
minus spatium nisi ille inventus fuerit repertus in via publica qua itur de
Civitate ad terram de qua esset vel loci unde esset vel ubi habitaret ille in-
ventus vel nisi iret ad molendina vel a molendinis rediret. // Quicumque
autem duxerit vel duci voluerit animalia ad Civitatem pisanam antequam intret Civi-
tatem vel comitatum pisanum significet illi officiali super hoc deputando de cuius
licentia possit illa animalia ducere ad Civitatem et comitatum pisanum si significaverit
antequam intrent per ipsum officialem super hoc deputandum possit ibi tenere ea ad
vendendum per tres dies dumtaxat. Salvo quod predicta non intelligantur de bobus
et vaccas domitas nec in armentis quorum que ducuntur de apulea vel alio
loco extra districtum pisanum. // Si tamen ille cui fuerint dicta animalia non potuerit
ea vendere dictus officialis largiatur ei licentiam illa ducendi extra districtum
scilicet illa que vendi non potuerunt per eundem. Et predicta dictus officialis bapniri
faciat per precones Comunis pisani. // Salvo et reservato quod quicumque forensis du-
xerit in Civitate seu districtu pisano aliquas bestias exceptis predictis scilicet
bobus et vaccas domitas etiam armentitiis quorum et que ducuntur de apulea vel
alio loco extra districtum pisanum non possit nec debeat extrahere ipsas bestias extra
districtum pisanum nisi primo de qualibet decina bestiarum quas duxisset pisanum
vel cuius districtum vendat in Civitate pisana unam bestiam. que venditio fiat
et fieri debeat coram dicto officiali. qui officialis teneatur et debeat facere iurare
emptorem vel emptores tales bestias occidere et macellare. et occidi et macellari

facere et vendere in Civitate perusii et aliter aliqui vendi non possit. Qui
offitialis eligatur de sex mensibus in sex menses per dominos priores artium Civitatis
perusii cum uno notario et compellatur et cogi possit et debeat per dictos dominos
priores predictos electus et notarius ad dictum offitium acceptandum et exercendum.
Qui offitialis et notarius habeat et habere debeat pro suo salario Triginta libras denariorum
inter ambos. Et notarius dicti offitialis in omnibus que ipse offitialis occasione dicti
offitii sibi dixerit imponenda obedire teneatur. Si quis non vel si qui
inventus vel inventi fuerit facere scorta aliquam qui extraheret grassiam
de rebus vetitis extra hominum foram statuti extra comitatum vel districtum perusii
quilibet contrafaciens condepnetur et puniatur in Centum libras denariorum. Et cu-
stodes electi per priores artium vel eligendi pro custodia grassie facienda de eorum
mandato illos quos invenerint cum grassia capere teneantur et ducere coram potestate
vel Capitaneo. Et si inventos per eos ducere non poterint occasione violentie que
inferretur ipsis custodibus per aliquos qui non permicterent eos ducere et dicti custodes
firmaverint eorum sacramento cum duobus testibus legitimis illius contrate vel loci sit ut
per eos dicatur accidisse presumatur violentia sit et ce intelligatur presumptio iuris et de
iure probationem non recipiat contrarium et credatur eis cum dicta probatione tam contra illos
quos grassiam de rebus vetitis extrahi dicent extraxisse quam contra illos quos
dicent eis violentiam intulisse. Et illi qui per eos ut dictum est dicentur violentiam
intulisse puniantur sicut puniuntur et puniri debet illi qui extrahunt grassiam ex
comitatu perusii. Quando autem dubitaretur de confinibus vel loco ubi inventi fuerint
grassiam extrahentes volumus quod unus bonus notarius per priores artium mictatur
et micti debeat ad videndum predictum locum qui predicta videat et de predictis relationem
faciat coram prioribus predictis et sue relationi stetur et credatur per potestatem et capitaneum
et habeatur pro plena probatione. Volumus etiam quod nullus sua auctoritate possit nec
debeat ubi vel licentiam extrahendi grassiam aliquam impertiri nisi quod septem ad minus
de prioribus artium concederetur et inde appareret publicum instrumentum manu eorum notarii.
Si autem aliquis custodum grassie inventus fuerit facere dolum vel consentiret grassiam
dicta contra foram huius capituli vel aliquo modo fraudem commicteret contra suum offitium vel contra
foram sui offitii in Centum libras denariorum Comuni perusii solvendorum per capitaneum et potestatem et
quelibet eorum debeat condepnari et alterum ex eis ab offitio removeri. Preterea volumus
quod priores artium si viderint quod aliquem mutatio temporis exigat et necessitas sive causa quod non
inmutati locis sit super custodia grassie facienda quod ipsi possint mictere pro dicta custodia faciendam
equestres et pedestres prout eis placuerit et que ipsi fecerint plenam obtineat firmitatem.
Et quod cum dicti priores artium dixerint dominis potestati et Capitaneo vel alteri eorum quod mictatur de
eorum familia equester vel pedester in comitatu perusii pro custodia grassie micti mandetur et non
aliter. Et habeant et habere debeant familiares euntes equester pro quolibet equo que dixerint
usque in tres equos inclusive et pro quolibet die a Comuni perusii viginti solidos denariorum. Et
si plures dixerint non habeant salarium aliquod a Comuni pro illis equis quos dixerint ultra
tres sicut superius dictum est et pro pedite quinque solidos denariorum habeant Insuper medietatem omnium quod
venerit in Comune occasione predicta. Statuimus Insuper quod quicumque forensis laborabit
rem aliquam positam in comitatu seu districtu perusii non possit vel debeat portare nec por-
tari facere fructus illius rei ex comitatu perusii. Et si quis contrafecerit quinquaginta librarum denariorum
nomine pene solvere teneatur.

De gabellis et introytibus Communis colligendis et vendendis. Rubrica. 164. q.

CXXXI. (O)mnes et singule gabelle et alii quicumque introytus Communis Perusii colligantur, exigantur et vendantur prout colligi, exigi et vendi debent et possunt ex forma ordinamentorum ipsarum et ipsorum, secundum que ipse gabelle preterito tempore et usque nunc collecte et exacte sunt, et secundum formam statuti. Et fiant ipse venditiones et fieri debeant secundum formam formularum de ipsis venditionibus fiendis per offitiales deputandos per dominos priores et camerarios, secundum quod formularium tamen ipse venditiones deinceps fieri debeant. Et si aliter fieret non valeant quatenus in aliquo a dicto formulario deviaret, nisi aliter vel aliud provideatur per priores et camerarios supradictos. ¶ De pane tamen et vino et aliis rebus sive arnesibus dicti Communis que mitterentur per ipsum Commune vel aliquem offitialem dicti Communis in aliquem exercitum vel alium locum pro ipso Communi vel in eius servitium quocumque modo nulla gabella solvatur. ¶ Nec etiam aliquid solvi debeat aliquis emptor fructuum pasture Clusii Perusii vel fructuum communantie Montismalbe pro pastura, pedagio vel erbatico aliquarum bestiarum dicti Communis nullo modo.

In nomine domini amen. Anno domini Millo Trecentesimo Septuagesimo Ind. xv. tempore domini Urbani pape quinti die. xxvii. mensis Junii. Consilio dominorum Priorum et Capitaneorum artium Civitatis Pistorii in palatio solite habitationis ipsorum dominorum Priorum de mandato nobilis militis domini Venaturi de sancto Geminiano honorabilis potestatis Civitatis Pistorii ac etiam de mandato ipsorum dominorum Priorum vacante ad presens offitio Capitanei populi dicte Civitatis ad sonum Campane vocemque preconis more solito congregato In quo Consilio interfuerunt dicti domini priores numero novem absente Bartolomeo Pagni eorum sotio et triginta tres Capitanei artium dicte Civitatis. In ipso Consilio Johannes Martini unus ex dictis dominis prioribus de presentia consensu et voluntate omnium aliorum priorum in dicto Consilio existentium proposuit ista prius deliberata inter ipsos dominos priores super bono statu Civitatis predicte. Ita ut quicquid in hoc Consilio deliberabitur ordinabitur et fiet valeat et teneat ac fieri et intelligatur ex arbitrio potestate balia et auctoritate quod et que ipsum Consilium habet super impositis factis per dominum Commune Pistorii de Civitate Castelli et Nobiles ac Cives ipsius et pro recuperatione ipsius Civitatis et super guerra inde causata et secuta et nunc instante et super custodia et defensione ac bono statu ipsius Civitatis Pistorii et quocumque alio arbitrio potestate auctoritate et balia ipsi Consilio quolibet competente et omni modo via iure et forma quibus melius fieri potest.

xxxv

Inprimis quidem Cum in tempus presentis guerre consueverit eligi Doctor sive Iudex forensis ad consulendum Syndicatoribus potestatum et Capitanei populi Civitatis Pistorii cum certo salario. Et ipsa guerra invalescente non possint ipsi Iudices seu doctores forenses haberi ad predicta propter ipsius viarum discrimina propter quod oportuit et oportet doctores terrigenas eligi ad predicta. Nec sit eis sic electis seu eligendis provisum de aliqua salarii quantitate. Si videtur et placet dicto Consilio providendum Quod quilibet doctor seu Iudex pistoriensis qui deinceps eligetur per Syndicatores potestatis vel Capitanei populi Civitatis predicte habeat et habere debeat pro suo salario quinque florenos auri. Quos massarii Communis Pistorii sine alia appodixa vel mandato visa solum sua electione de eo facta sibi dare et solvere teneantur.

Et quod massarius dicti Communis dent et solvant dare et solvere teneatur et

Doctores seu Iudices pistorienses electi ad consulendum Syndicatoribus possint habere forensium habeant salarium

debeant dno Lello Cole Iudici de perus qui fuit ad consilendum cum
dictatoribus dni Gheffi olim pri pressoris pntis potest civitat perus
pro suo salario. quinque flor. auri aliquo contrari vel speciali non obsta
te.

In Reformatione et firma cum consilij sic plenum extitit refor prout i dicta pro
sita continetur et scriptum est.

Ego Francischus Ser Guidi de perus not et dictorum dnorum prior
scriba in hoc folio contentis interfui. Et ea rogatus origi
naliter scripsi et publicavi. Ideo hic alterius manu scriptas me subscripsi
atque ea meis signo et nomine publicavi.

In nomine domini amen. Anno domini millesimo ccc lxxxij indictione quinta tempore domini Urbani pape VI. die viij mensis augusti Consilio dominorum priorum artium Civitatis perusii consulum mercatorum auditorum cambii camerariorum calzolariorum et aliorum camerariorum aliarum artium dicte Civitatis in palatio habitationis ipsorum dominorum priorum de licentia et mandato magnifici et potentis militis domini petri de castro veteri honorabilis capitanei populi dicte Civitatis nec non de licentia et mandato ipsorum dominorum priorum ad sonum campane Bocconis preconis et tubarum more solito convocato et congregato In quo quidem consilio interfuerunt ipsi domini priores numero novem absque paulo Badini priore eorum collega et dicti camerarii numero triginta In quo quidem consilio dicti domini priores una cum dictis camerariis et dicti camerarii una et simul cum dictis dominis prioribus facta prius super infrascriptis omnibus et quolibet eorum matura et diligenti deliberatione per ipsos dominos priores ante congregationem dicti consilii et demum inter ipsos dominos priores et camerarios post porrectis diligenter et super eis consilio reddito ac deinde secuto scruptinio et partito super eis post diligenter et obtento secundum formam statutorum et ordinamentorum comunis perusii ex omni arbitrio auctoritate potestate et baylia ipsis dominis prioribus et camerariis et cuilibet eorum simul vel divisim datis concessis et atributis ex forma statutorum et ordinamentorum comunis perusii super custodia Civitatis et comitatus perusii et super habundantia facienda in ipsis civitate et comitatu et super conservatione pacifici liberi et popularis status dicte Civitatis et ut unicuique iustitia fiat et observetur et super novis casibus non provisis ex forma statutorum et ordinamentorum comunis perusii et super persecutione rebellium et proditorum dicti comunis et omni alio arbitrio auctoritate et potestate quod et quas habent a dicto comuni super infrascriptis et quolibet eorum providerunt ordinaverunt et reformaverunt omnia et singula infrascripta et qualibet eorum modis et formis inferius denotatis videlicet

Ordinamentum palii adquirendi in festo sancti Laurentii

Imprimis cum actenus reformatum extiterit quod in civitate perusii ob venerationem gloriosissimi martiris beati laurentii cuius ecclesia candide perusii domus principalis et catedralis appellatur cuius festi dies x qui erit anno instantis mensis augusti mutatis in ipso festo et die ponatur bravium sive palium in loco consueto ad quod currant curseri certantes ad ludum more solito ad honorem dicti martiris et pro honore et statu populi perusini Idcirco dicti domini priores et camerarii missis prius partito inter eos de sedendo ad levandum et solempniter obtento inter eos secundum formam statutorum providerunt deliberaverunt et reformaverunt quod massarius comunis perusii possit teneatur et debeat ponere unum bravium sive palium rosatum sive coloris rosati quod penes eos dictum est eras in loco consueto dandum et aplicandum legitime certanti in ludo predicto et merenti ipsum optinere secundum consuetudinem actenus observari in Civitate perusii aliquo in contrarium non obstante.



Et ego hermannus Parnalboli imperiali auctoritate iudex ordinarius
et notarius et nunc notarius dominorum priorum
predictis interfui et ea rogatus subscripsi et publicavi

In noie dni Am. Inter alia que repiuntur in quodam libro cartar. provisionum ord.
et reformat. Cois pus. existente in cancellaria dci Cois pub. manu ser Nicolay Johis
de pus. not. Repitur sic vz.

In noie dni Am. Anno dni Millesimo Trecentesimo Sexagesimo septimo Indict.
quinta tpre Sanctissimi in xpo patris et dni dni Urbani divina providentia pp. quinti
die Septima mens. Maii. Consilio consulum Mercatorum Artis Cambii et
Camerarii Calzolaiorum, et aliorum Cam. aliarum artium Civitatis pus. in palatio resi-
dentie dnorum priorum artium dce Civitatis mandato Nobilis Militis dni Bindi de
Senis honor. Capitanei Cois et ppli pus. et dnorum priorum artium dce Civitatis
ad sonum campane et tubarum voceque preconis more solito convocato et congregato. Cui
Consilio Interfuerunt dni Priores artium Civitatis pus. omnes decem presentes et
in concordia et Cam. dearum artium numero xlj. In quo quidem consilio dni
Priores et Cam. omnes simul presentes et in concordia facto et misso partito solepniter inter
eos de sedendo ad levandum more solito et obtento providerunt ord. et reformaverunt
omnia et singula infrascripta prius deliberata inter dictos dnos priores secundum formam
statutorum et ord. Cois pus., ex omni auctoritate et arbitrio eis concessis sup. infrascriptis
a Coi pus. et ab Adunantia generali ppli pus. pridie celebrata de qua constat man.
mei notarii infrascripti. In primis etc.

Item in eodem consilio prefati dni priores et camerarii omnes in concordia et nemine
CXXXIV contradicente providerunt ordinaverunt et reformaverunt Quod cum exbanniti et condempnati
Comunis pusii plus solito comitatum et districtum pus. armata manu invaserint
homicidia incendia et dapna plurima inferendo quibus nisi frenum debitum
imponatur continue audebunt ad similia et maiora. Et nuper accidit quod quidam
comitatinus pus. de Castro Diruti occiderint Blaxium Cole Brocardi exbanni-
tum et condempnatum Comunis pusii hominem male conditionis et fame et duos alios
exbannitos eius sotios ceperint et in fortiam Cois pus. presentaverint et miserint
que omnia sunt premio et retributione condigna. Quod dci occidentes dictum Blaxium
et capientes dictos alios exbannitos eius sotios habeant et habere debeant a Coi
pusii vel a Massariis dci Cois Centum libr. den. pro quolibet occiso et capto per eos
et in fortiam Comunis pusii presentato et misso. Ita quod in totum et inter omnes habeant
et habere debeant a dcis Massariis Trecentas libr. den. Et hoc idem de cetero
intelligatur locum habeat et observetur in omnibus aliis capientibus vel occidentibus
aliquem vel aliquos exbannitum vel exbannitos et condempnatos Cois pus. in persona
homines male conditionis et fama et in fortiam Cois pus. ducentibus. Et hec ordinamenta
non vendicet sibi locum in offitio forens. Cois pus. in quibus statuta Cois pusii
loquentia de predictis remaneant in sui roboris firmitate. Statutis etiam et ordinamentis
contra Rebelles in suo robore permansuris. Aliquo non obstante.

Ordinamentum contra exban-
nitos, et de premio occi-
dentium vel capientium.

Et Ego Nicolaus Johannis de Perusio Imperiali auctoritate notarius et nunc notarius dictorum
dominorum Priorum predictis dum agerentur interfui alteri scribenda commisi pluribus
impeditus et ideo me subscripsi et publicavi :-

Die .xv. mensis Junii. Consilio Consulum mercatorum Auditorum Cambii et Camerariorum
Calzolariorum et aliorum Camerariorum aliarum artium Ciuitatis in palatio residentie dominorum
priorum artium dicte Ciuitatis mandato Nobilis militis domini Vinciguerre de Senis
Perusii Capitaneo populi Perusii et dominorum priorum artium dicte Ciuitatis ad sonum campane
et tubarum vocemque preconis more solito conuocato et congregato. Cui consilio
interfuerunt dicti domini priores omnes decem presentes et in concordia et Camerarii dictarum
artium numero Trigintaocto. In quo quidem Consilio Nicolaus Cole prior
priorum de voluntate et consensu omnium aliorum priorum eius sotiorum proposuit ista
prius deliberata inter dictos dominos priores secundum formam statuti Communis Perusii.

In primis cum pridie in Consilio dominorum priorum et camerariorum artium Ciuitatis Perusii fuerint
electi et nominati in bonos homines et offitiales Communis Perusii ad colligendum gabellam salinarum
gressarum et pedagium pedis platee Communis Perusii Andrutius Puti et Pauluttus Nini
et pro parte dicte electionis et nominationis de eorum assensu auctoritate et salariis persoluendis eis sibi que aliis etc.

Super quibus omnibus et singulis etc.

Petrus magistri Pauli Camerarius aurifitium surgens in dicto consilio arengando dixit et
consuluit super dicta proposita proposita et contentis in ea quod dicti offitiales in dicta proposita proposita
nominati auctoritate presentis consilii possint et eis liceat sibi eligere et deputare pro exactione
commissa in exactionibus dictarum gabellarum notarios et famellos etc.

In summa et reformatione cuius consilii solempniter facto et misso partito per dictum Nicolaum
Cole priorem priorum de voluntate et consensu omnium aliorum priorum eius sotiorum de se-
dendo ad leuandum more solito et singulare et diuisim ad dictam et secundum dictum et consilium
dicti petri magistri pauli consultoris obtentum prouisum ordinatum et reformatum fuit in omnibus et per
omnia ad dictam et secundum dictum et consilium dicti petri consultoris qui dixit et consuluit etc.

C xxxiiii°

quod Massarii possint et solvere pecuniam pro cartis vernice actamento et aliis opportunis notario dominorum priorum

Item in eodem Consilio prefati domini Priores et Camerarii omnes simul presentes et in concordia existentes in palatio eorum solite habitationis solepniter inter eos facto et misso partito per dominum Nicolaum Cole priorem priorum de voluntate et consensu omnium aliorum priorum eius sociorum de sedendo ad levandum more solito et obtento eorum nemine discordante ex omni arbitrio et auctoritate eisdem concessis ab adunantia generali populi perusini ut constat manu mei notarii infrascripti et omni modo iure et forma quibus melius potuerunt providerunt ordinaverunt et reformaverunt quod presentes domini priores artium habeant et habere intelligantur plenum et liberum arbitrium providendi ordinandi et mandandi quod Massarii Comunis Perusii vel alter eorum solvat et solvere possint et debeant omnem quantitatem pecunie opportunam et necessariam pro cartis et libris et pecudinis et bombicinis et cera rubea et actamento et vernice et aliis opportunis pro exercitio offitii notarii dominorum priorum. Super quibus dicti domini priores habeant generale arbitrium providendi ordinandi et mandandi, et etiam provisa et ordinata tollendi, cum modo et forma quibus eisdem videbitur et placebit. Aliquo statuto ordinamento vel provisione contra loquentibus non obstantibus quibus quo ad predicta sit et esse intelligatur totaliter derogatum.

C xxxv.

Ordinamentum quod Massarii Comunis Perusii possit dare cartas et certa offitia etc.

Item. Cum per formam statuti Comunis Perusii caveatur quod singulis annis eligatur et eligi debeat unus bonus homo et offitialis Comunis Perusii super cartis actamento vernice et aliis rebus dandis offitialibus Comunis Perusii et super cera et processionibus fiendis per Comune Perusii in festivitatibus prout in dicto statuto latius continetur. Et in camera Massariorum Comunis Perusii habundans pecunia raro vel numquam fieri contingit ex qua possit de ipsius camere introytibus dicto offitiali et aliis offitialibus dicti Comunis satisfieri tempore condecenti, ex quo multe inconvenientie sequntur et offitiali predicto et aliis tedium non modicum et gravamen. Et dicatur quod ad tollendum omnes inconvenientias que oriri possent bonum censeretur et utile dictum offitium attribuere Massariis Comunis Perusii, qui sibi de introytibus paravent secundum formam dicti statuti ad ipsos pertinerent. Idcirco prefati domini priores et camerarii omnes simul presentes et in concordia ex omni auctoritate et arbitrio supradictis solepniter inter eos facto et misso partito ut supra providerunt ordinaverunt et reformaverunt quod dictum offitium dicti boni hominis et offitialis sit sublatum et revocatum, et de cetero eligi non possit nec debeat, et quod dictum offitium dicti offitialis in omnibus et per omnia attributum sit et esse intelligatur Massariis incohandis a kalendis mensis Iulii proxime venturi in antea. Et quod a dictis kalendis mensis Iulii in antea Massarii Comunis Perusii pro tempore existentes habeant et habere intelligantur illud offitium et arbitrium quod habet et habere dignoscitur offitialis predictus. Et statutum Comunis Perusii loquens de persona dicti offitialis in quacumque parte sui intelligatur et locum habeat in Massariis Comunis Perusii, qui possint teneantur et debeant omnia et singula facere et exercere que dictus offitialis facere poterat et debebat per formam dicti statuti et de pecunia et avere Comunis Perusii ad eorum manus perveniendo quacumque de causa. Aliquo statuto vel spetiali Comunis Perusii contra predicta loquente non obstante.

Die xxviiij mensis Junii.
Consilio Consulum Mercatorum Auditorum cambii et Camerarii Calzolariorum et aliorum
Camerariorum aliarum artium Civitatis Perusii in palatio residentie dominorum Priorum
artium dicte Civitatis mandato Nobilis Militis domini Bindi de Senis presentis Capitanei
populi Perusii et dominorum Priorum artium dicte Civitatis ad sonum campane et tubarum voceque
preconis more solito convocato et congregato. Cui consilio interfuerunt dicti domini Prio
res omnes decem presentes et in concordia et Camerarii dictarum artium numero Triginta. In quo
quidem Consilio prefati domini priores et Camerarii omnes simul presentes et in concordia
solepniter inter eos facto et misso partito de sedendo ad levandum more solito per Jacobum
Puccioli priorem priorum de voluntate et consensu omnium aliorum priorum eius
sotiorum ex omni auctoritate et arbitrio eisdem concessis et attributis ab Adunantia generali
populi Perusii ut constat manu mei notarii infrascripti et omni modo Jure et forma quibus melius
potuerunt providerunt ordinaverunt et reformaverunt. Quod Conservatores monete
Comunis Perusii vel duo ex eis sine alia appodixa precepto vel mandato dent et solvant etc.

Item in eodem Consilio prefati domini priores artium numero octo presentes et in concordia
presente et non consentiente Nicolao Lelli et absente Nicolao Beguti prioribus eorum sotiis
et Camerarii dictarum artium numero triginta ex omni auctoritate et arbitrio eisdem concessis a Con
silio et ab Adunantia generali populi Perusini ut constat manu mei notarii infrascripti,
solepniter facto et misso partito per dictum Jacobum supradictum inter dictos dominos priores
et Camerarios et obtento providerunt ordinaverunt et reformaverunt. Quod Narducius Ciutii
consul mercatorum Petrus Pellini auditor cambii et Bentius Pauluti Camerarius
calzolariorum possint teneantur et debeant revidere emendare et corrigere et
ad debitum modum et formam reducere statutum Comunis Perusii loquens de
blasfemantibus deum et gloriosam virginem Mariam et Sanctos eius et de
votis non fiendis et de pena blasfemantibus et facientibus dicta vota, super quibus
habeant et habere intelligantur plenum et liberum arbitrium potestatem et bayliam.
Et omnia et singula que fecerint providerint et ordinaverint in predictis et circa
predicta addendo minuendo vel corrigendo valeant et teneant et plenam obti
neant roboris firmitatem ac si per presens consilium facta essent. Aliquo
non obstante.

c xxxvj.

arbitrium certorum Camerariorum revidendi et corrigendi statutum Comunis Perusii loquentis de blassematibus deum etc.

+

Et Ego Nicolaus Johannis de Perusio Imperiali auctoritate notarius et nunc notarius
dictorum dominorum Priorum predictis omnibus interfui et ea de eorum mandato scripsi et publicavi.

In nomine Domini amen. Anno Domini Millesimo iii^c. LXVII. Indictione quinta tempore domini Urbani
pape quinti die vigesima prima mensis Julii. Actum in palatio populi Perusini in quo dominus
Capitaneus populi Perusini cum suis offitialibus moratur ad iura reddenda presentibus ser
Cola Salvoli, Jacobo Pietroli et Bartolello Martini de Perusio testibus rogatis.

Cum dudum per consilium dominorum Priorum et Camerariorum artium Civitatis habentium
arbitrium et auctoritatem ab adunantia generali populi Perusini ut constat manu mei notarii
infrascripti inter cetera fuerit provisum ordinatum et reformatum quod statutum Communis Perusii
loquens de blasfemantibus Deum beatam Virginem gloriosam et sanctos eius
debeat reinderi corrigi et emendari super quibus fuit actributa potestas auctoritas
et arbitrium sapientibus viris

cxxxvii. Correctio et reinsio statuti Communis Perusii contra blasfemantes Deum etc.

Nardutio Cinaccioli tunc Consuli mercatorum
Petro Pellini tunc Auditori Cambii
Bentio Paulucii tunc Camerario artis calzolariorum

Civitatis Perusii. Et videatur evidenter quod occasione magne pene que impo-
nitur per formam dicti statuti contra dictos blasfemantes multi cives Perusini et
maxime pauperes et minores qui in huiusmodi pluries delinquunt nimium aggra-
vantur et plures etiam occasione predicta de Civitate Perusii recesserunt. Ideirco
prefati Narductius Petrus et Bentius omnes tres simul presentes et in concordia
ex auctoritate et arbitrio super dictis eisdem concessis super predictis et ipsis et omni modo
iure et forma quibus melius potuerunt volentes super predictis et ipsis salubriter
providere et ad dicte pene mitigationem procedere pro salute populi Perusini providerunt
ordinaverunt et reformaverunt quod ubi per formam dicti statuti imponitur pena
Quinquaginta librarum denariorum contra dictos blasfemantes imponatur et imponi debeat
pena vigintiquinque librarum denariorum tantum. Et ad dictam penam vigintiquinque
librarum denariorum dictum statutum in ea parte in qua imponebatur pena quinqua-
ginta librarum denariorum contra dictos blasfemantes reduxerunt et correxerunt. Et
hec etiam locum habeat in omnibus illis qui deliquerunt in predictis de quibus et contra
quos nondum fuit nec est facta executio pene predicte et in preteritis et futuris et in casibus
secundum formam dicti statuti a tempore electionis dictorum Nardutii Bentii et Petri citra,
prefato statuto in aliis suis partibus confirmantes.

Et Ego Nicolaus Johannis de Perusio imperiali auctoritate notarius predictis interfui
et ea rogatus mandato predictorum Nardutii Petri et Bentii scripsi et publicavi.

Item in dicto libro inter alia sic reperitur videlicet

In nomine domini amen. Anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo septimo
Indictione quinta tempore sanctissimi in Christo patris et domini domini Urbani divina
providentia pape quinti die xxviii mensis maii. Consilio consulum
mercatorum, iudicum cambii et camerarii calzolariorum et aliorum artium civi
tatis Perusii in palatio residentie dominorum priorum artium dicte civitatis mandato
nobilis militis domini Vinci de Senis prefati capitanei populi Perusii et dominorum priorum
artium dicte civitatis ad sonum campane et tubarum vocemque preconum more solito con
vocato et congregato. Cui consilio interfuerunt domini priores artium dicte civitatis
numero omnes decem presentes et in concordia et camerarii dictarum artium numero xlvi.
In quo quidem consilio Dinolus Vindoli prior priorum de voluntate et
assensu omnium aliorum priorum eius sociorum proposuit ista proposita inter cetera
deliberata secundum formam statutorum communis Perusii.

In primis cum per consilium dominorum priorum et camerariorum artium civitatis Perusii fuit
pridie provisum et ordinatum quod presentes conservatores monete communis Perusii etc.

Item quia communis commodorum emolumenta et principia civitatis in benemerentes
distributa continentes ipsos unanimes reddit ad statum reipublice conservan-
dum et multiplicatur per civitatem per multa ratiocinia asseritur quod sta-
tus civitatis Perusii per imperitiam multorum qui assumpti fuerunt ad regi-
mina civitatis prefate ad imbecillitatem non modicam iam advenit
et ad deteriora posset imposterum devenire nisi regimini prefate civitatis
modus detur et forma quibus possit providendo de salubri remedio celeriter provideri.
Asseritur preterea quod refectio sacculorum regiminum et officiorum civitatis comitatus
et districtus Perusii et terminus dicto communi recommendatarum et subiectarum esset non
solum utilis quin immo necessaria videatur. Si videtur et placet dicto
consilio providendum ad hec ut talia inconvenientia succidantur. Quod
regimina et officia que dantur per commune Perusii de novo refitiantur reforme-
tur et ordinetur. Et quod omnes sacculi prioratuum signoriarum et aliorum
quorumcumque officiorum nunc vigentes tollantur in totum annullentur et casse-
tur et ex nunc pro cassis et sublatis habeantur et de novo refitiantur et
componantur prout et sicut dicto consilio videbitur faciendum. Super quibus
omnibus et singulis et modo et forma tenendis in predictis et quolibet predictorum
generaliter et particulariter consulatur.

Super quibus omnibus et singulis prefatus Dinolus prior priorum petiit pro
dicto communi sanum et utile consilium impartiri.

¶ Bartolellus Martini unus ex dictis Camerariis surgens in dicto Consilio arengando dixit et consuluit super dicta prima proposita et contentis in ea, quod dicta prima proposita et contentis in ea libere remaneat in potestate dominorum priorum et cetera.

¶ Massaius Cole por(te) Sancti Angeli unus ex dictis Camerariis surgens in dicto consilio arengando dixit et consuluit super dicta secunda proposita et contentis in ea, quod omnes saccului nunc vigentes tam prioratuum quam aliorum offitiorum et signoriarum ex nunc sint cassi annullati et revocati, et quod ad refectionem novorum sacculorum procedatur modo et ordine istis, videlicet quod in presenti consilio eligantur et deputentur et eligi et deputari debeant .xv. boni homines omnes perusini et de populo perusino videlicet tres pro qualibet porta, que electio fiat et fieri debeat per priores et camerarios cuiuslibet porte, et sic de porta in porta singulariter observetur, de quibus semper debeant esse ambo priores cuiuslibet porte et maior pars camerariorum cuiuslibet porte concordes, et electio fienda per dictos dominos priores et camerarios de dictis .xv. bonis hominibus modo predicto valeat et teneat ac si per totum presens consilium facta esset. Qui .xv. boni homines eligendi habeant et habere intelligantur plenariam auctoritatem potestatem et arbitrium dictos sacculos reficiendi componendi et compillandi prout et sicut et eo modo et forma quo viderint convenire pro conservatione status pacifici et tranquilli Civitatis comitatus et districtus Perusii et tamen dicto Comuni recommendatorum pro tempore isto, videlicet sacculum offitii prioratus pro .xxiiii. mensibus, et alios sacculos aliorum offitiorum et signoriarum pro .xxx. mensibus ita quod sint .xii. offitia prioratus, et .v. offitia aliorum quorumcumque offitiorum et signoriarum.

¶ Petrus magistri Pauli Camerarius aurificum surgens in dicto consilio arengando dixit et consuluit, quod dicti sacculi nunc vigentes sint et esse intelligantur cassi et revocati et de novo refici debeant per .xv. bonos homines eligendos modo quo dicto prout supra dixit et consuluit dictus Masaius, Cum hac adiectione videlicet quod ipsi .xv. boni homines

cxxxviii. possint et eis liceat insacculare que voluerint et viderint convenire, et omnis electio et insacculatio fienda per eos per formam dictorum sacculorum plenam habeat roboris firmitatem, non obstante quocumque statuto de quacumque vacatione loquente nec aliqua temporis prefinitione. Et quod electores insacculandi ad eligendum

Ordinamentum de secreto electionum offitialium forensium Comunis Perusii extrahantur palam et non secreto et eis solvatur per Massaios dicti Comunis more solito

potestatem capitaneum maiorem syndicum et alios offitiales forenses palam debeant de dictis sacculis extrahi et publicari, non obstante statuto dicti comunis loquente de predictis quo cavetur quod dicti electores deberent per cancellarium comunis Perusii secrete extrahi et accedere ad electores predictos faciendos, et non obstante quocumque statuto ordinamento vel reformatione loquente contra predicta vel aliquid predictorum vel contra insacculandos in dictis sacculis, contra quam insacculationem et insacculandos nichil possit dici obici vel opponi vel quolibet allegari. Que omnia

statuta loquentia contra p(re)d(ic)ta quantum ad partem saccullum et insaccullandos in ipso sint et esse intelligantur sublata et revocata. Et q(uod) massarii co(mun)is p(er)usii teneantur et debeant ad mandatum d(omi)nor(um) prior(um) artium dare et solvere d(ic)tis offitialib(us) qui accedere debebunt ad elect(ionem) d(i)c(t)or(um) offitialium forensium et not(arii) synd(ic)o accedentib(us) cum eisdem salarium mo(do) consueto cum equis declaratis p(er) formam statut(orum) co(mun)is p(er)usii. Et qui fuit in aliquo saccullo ad aliquod offitium insaccullatus et de d(i)c(t)o saccullo publicatus ipm offitium renumptiare non valeat ullo mo(do) nisi h(ab)uit excusatoem legitiam sibi admictendam p(er) d(omi)nos priores et cam(erarios) d(i)c(t)os quo casu providere possit p(rou)t crediderit convenire. Non tamen possit d(ic)ti boni homines insaccullare in d(ic)tis sacculis aliquem eor(um) vel alterius eor(um) patrem fratrem carnalem nepotes carnales avunculum aut patruos carnales nec aliquem alium habitantem cum eis vel altero eor(um) ad unum panem et unum vinum nec aliquem cortonensem vel forensem.
Saccull(i) v(er)o cam(erariorum) cunctar(um) artium civitatis p(er)usii refitiantur et refitia debeant etc.

In summa reformatione cu(ius) consilii solempnit(er) f(ac)to et misso partito p(er) d(ic)tum dinolium priorem de volumtate et consensu omnium alior(um) eius sotior(um) de sedendo ad levandum more solito sup(er) d(ic)ta p(ro)posita et contentis in ea ad dictum et s(ecundu)m dictum d(ic)ti bartolelli consultoris obtemptum p(ro)visum ordinatum et reformatum fuit p(er) om(n)es in concordia et nemine contradicente ad dictum et s(ecundu)m dictum et consilium d(ic)ti bartolelli qui dixit et consuluit p(rou)t sup(er)ius continetur et scriptum est et sic toto d(ic)to consilio placuit ex omni auct(orita)te et arbitrio q(uo)d et qua h(abe)nt a co(mun)i p(er)usii et ab adunantia gen(er)ali p(o)p(u)li p(er)usin(i) ut constat man(u) mei notarii i(nfrascrip)ti.

Item in eodem consilio simili modo f(ac)to et misso partito p(er) d(ic)tum dinolium priorem prior(um) de volumtate et consensu viij alior(um) eius sotior(um) de sedendo ad levandum sup(er) d(ic)ta s(upr)a p(ro)posita et contentis in ea contradicentib(us) tamen symone cecchol(i) et vandole domini eor(um) sotiis obtemptum p(ro)visum ordinatum et reformatum fuit ad d(ictu)m et s(ecundu)m dictum et consilium d(ic)ti masini cole consultoris cum adiuncta d(ic)ti petri magistri pauli qui dixerunt et consuluerunt p(rou)t sup(er)ius continetur et scriptum est non obstante contradictione d(i)c(t)or(um) duor(um) d(omi)nor(um) prior(um) et duor(um) alior(um) cam(erariorum) surgentium ad dictum partitum. Et sic d(ic)to consilio placuit ex auct(orita)te et arbitrio supradictis.

Et ego Nicolaus Johis de p(er)usio Imperiali auct(orita)te not(ariu)s et nunc not(ariu)s d(i)c(t)or(um) d(omi)nor(um) prior(um) p(re)d(ic)tis d(ic)tis agerentur interfui alteri scribenda com(m)isi pluribus impeditus et (ideo) me subs(crips)i et p(ublicav)i.

Inter alia que reperiuntur in quodam libro cartarum pecudinarum ordinamentorum
et provisionum et ordinamentorum vulgarium Comunis Perusii existente in cancella-
ria dicti comunis publicato manu ser Francisci Lippi de Loro notarii et olim
Cancellarii Comunis Perusii reperitur sic videlicet

In nomine domini Amen. Anno eiusdem Millesimo iii^c Lviiii. Indictione xii. tempore domini
Innocentii pape sexti die xi. mensis Octubris. Consilio Consulum mer-
catorum auditorum cambii camerariorum calzolariorum et aliorum cameriariorum aliarum
artium Civitatis Perusii de mandato Nobilis et potentis Militis domini Francisci
de Isachiis de Papia honorabilis Capitanei Comunis et populi perusini et dominorum
priorum artium Civitatis Perusii in palatio habitationis ipsorum dominorum priorum
ad sonum campane et tubarum vocemque preconis more solito convocato et adunato
to. Cui consilio interfuerunt ipsi domini priores omnes decem et triginta octo
camerarii dictarum artium. In ipso quidem consilio dicti domini priores una cum
dictis camerariis et dicti camerarii una cum dictis dominis prioribus visis exami-
natis et intellectis infrascriptis provisionibus et ordinamentis factis provisis
et ordinatis per presentes dominos priores una cum infrascriptis decem camerariis
et bonis hominibus ad ipsa ordinamenta condenda super introytibus et exitibus
comunis Perusii ordinandis et refrenandis per me notarium infrascriptum lec-
tis et recitatis in consilio supradicto cognoscentes et advertentes dicta
ordinamenta fore utilia et necessaria dicto Comuni ex omni auctoritate et arbitrio
eis concessis ab adunantia generali populi Perusii de volumtate mensis Septebris
proxime preteriti celebrata de qua patet manu mei notarii infrascripti et omni
via iure modo et forma quibus melius potuerunt unanimiter et concorditer
dicta infrascripta ordinamenta et omnia et singula contenta in presenti volu-
mine ratificaverunt approbaverunt et confirmaverunt in omnibus et per omnia
prout inferius continetur.

Al nome de dio Amen. Currente glianne del nostro Signore mesere
Domenedio Mille Trecento cinquantannove ella Indictione duo-
decima al tempo del Sanctissimo padre e Signore mesere Innocentio
Papa Sexto. adi undece del mese de octonere. facte e deliberate fuo-
ro per glie Signore Priore delarte de la Cita de Perosgia e per glie
enfrascripte dicte Camorlenghe e buone huomene stando ello pa-
laço dela habitatione desse Signore Priore a ordenare sententie e lo-
sate del Comuno de Perosgia tucte glordenamente e provisione en-
frascripte secondo el modo ela forma che de socto se contiene per vigore
e per arbitrio aloro conceduto per ladunança generale del popolo de

Peroſcia. E nome deiquagle dece buone huomene e camorlenghe ſonno quiſte cioe

- Petrino de Fedingola de porta Sancto Pietro
- Andrea de Celloſo de porta Sancto Agnolo
- Marino de Andrucciolo de porta Borgne
- Menechuccio de Vagne de porta Sancta Subxanna.
- Bartoleſſo de Cecholo de porta Bagle
- Cecharello de Xpofano de porta Borgne.
- Vgolino de Bernardolo de porta Sancta Subxanna
- Pauluccio de Giorgio de porta Sancto Pietro
- Cinccio de Armanuccio de porta Sancto Agnolo
- Cecho de Maſſolo de porta Bagle

E quagle ſignore priore e dece buone huomene providdero e ordenaro tucte le provisione e ordenamente enfraſcripte

En prima per l'auctorita e arbitrio predicte ordenaro providdero e reformaro chel Comune de Peroſcia per pacifico ſtato dela Cita de Peroſcia e dele terre ſogette ad eſſo mantenere e conſervare etc.

Enfraſcripte ſonno gl'ordene che parlano delo offitio dei Maſſare del Comune de Peroſcia

c. xxx[illegible]

Et off. alij introitus et exitus [illegible] ... qui ... fuit ... ad cameram conservatores ... ad camera ... [illegible]

Ancho premidero e ordenaro per arbitrio e auctorita predicte che ella dicta Cita de Peroſcia sieno e essere degiano doie buone saine e che gle huomene del popolo dela Cita de Peroſcia Maſſare del dicto Comuno de ſeie meſe en ſeie meſe ſecondo ſe traronno et alegeronno per lo Comuno de Peroſcia del ſachetto facto o che ſe farà. L'offitio dei quagle sia e eſſere degia e entendaſe ſopra tucte altre entrate e pagamente del dicto Comuno de Peroſcia e ſopre tucte altre ſpeſe e uſate del dicto Comuno de quille che ordenate e provedute ſonno elle perſone dei Conſervadore dela moneta etc.

c. xl.

Ancho providdero e ordenaro chei dicte massare sieno tenute e deggiano dare e pagare ai buone notario e messo dei signore priore de l'arte che anderonno per la electione de podestà capetanio sindeche de giustitia e altre offitiagle forestiere del comuno de perosia el salario enfrascripto, cioè ei buone huomene e al notario per doie cavalgle per ciaschuno de loro per ciaschuno cavallo e per ciaschuno dì meço fiorino d'oro al più pagando la gabella predicta e al messo per ciaschuno dì co' uno cavallo meço fiorino d'oro al più pagando la dicta gabella. El quale pagamento sieno tenute de fare e de dare ei dicte massare ai dicte buone huomene notario e messo collo comandamento dei signore priore de l'arte giurando de fare la loro ambasciata et electione biene e liabmente. El qual giuramento deggia apparere en scripto el lo comandamento loro, e altramente ei massare non possano pagare. E sieno e deggiano essere pagate coloro che andassero ala electione del podestà e capetanio per vinte dì e non più per ciaschuno dei dicte offitiale e messo. Et a coloro che andassero ala electione de sindeche de giustitia o delo scentecho maiure o d'altre offitiagle forestiere per quindece dì e non più, e se più l'odessero o pagassero de loro propria pecunia se entenda essere pagato, non obstante che el glie loro comandamenta apparesse che fossero pagate per più dì che dicte e dechiarate sieno de sopre, socto la pena de cento livere de denare, la quale pena per lo maggiure sindecho glie sia de facto tolta. Sieno emperciò tenute ei dicte buone huomene notario e messo de tolglere el loro salario ei massare de pagarlo enfra octo dì puoie che seronno electe overo più bechate, socto la pena de cento livere per ciaschuno de loro. E enfra altre octo dì recevuto el pagamento sieno tenute de cancellare, socto la dicta pena de cento livere de denare. La quale pena de facto lo sia tolta se contrafecessero.

c. xli.

Ancho che dicte massare possano sieno tenute e deggiano dare spendere e pagare per carte cera e vernice e en costro che fosse besognevele al notario dei signore priore e al cancelliere del dicto comuno veduto el comandamento dei signore priore de l'arte. E possano spendere dare e pagare en semeglante cose quilla quantità che besognasse ala camera dei dicte massare e ad altre offitiagle del comuno de perosia che se

deputeronno p ſ[ar]cte del dicto comuno a rechieſta deſſe offitiagle ſença altro comandamiendo de altro offitiale del Comuno de peroſcia | E conte daſe eſſe carte e altre coſe ſopradicte dare a gle offitiagle citadine e no foreſtiere. Alcuna coſa non obſtante.

c xl vj.

Qd maſſarij teneantur ad mandatu dnos p[r]ior[um] ſolue[re] penſione[m] domus habitationis cancellarij co[mmun]is p[er]uſij ad certa q[uan]titate |

Ancho provideero e ordenaro e reformaro p arbitrio | e auctorita predicte che p en fine al tempo chel Cancelliere del Comuno de peroſcia auetera colla ſua famelglia elle caſe del comuno de peroſcia ſiche peſcione alcuna non paghe en caſe | Ei Maſſare del Comuno de peroſcia poſſano ſieno tenute e degano dare e pagare la peſcione dele caſe elle quale auetera el cancelliere co la ſua famelglia p quillo modo via e forma | e a quiglgle tempe che ai Signore Priore delarte parra | e piacera | e ſecondo el comandamiento che ſe fara p gle dicte Signore Priore p la dicta cagione | Atanto che elle dicte caſe ne ella peſcione deſſe no ſe poſſa ne degga ſpendere oltra la quantita de vinticinque fiorine doro p niuno modo | ne ei Maſſare ne altro offitiale del Comuno de peroſcia no poſſa ne degga ſpendere ne pagare oltra la dicta quantita | ſo la pena de Cento livere de denare p ciaſchuna fiada che deſſe o pagaſſe oltra la dicta quantita | E niente meno ſe intenda avere pagato de loro propria pecunia.

Ego Franciſchus condam Lippi de Loro Imperiali auctoritate notarius et Iudex ordinarius et nunc Cancellarius Communis perusij predictis omnibus p[ro]ut in presenti volumine scripta et redacta quibus dum agerentur de ipsis rogatus Interfui me subscripsi :-

In nomine domini Amen. Anno domini Millesimo iii^c Lxvij. Indictione quinta tempore domini Urbani pape quinti die .xxvij. mensis Januarii. Consilio dominorum priorum et Camerariorum artium Civitatis pisarum, de mandato Nobilis Militis domini Ubaldini de malavoltis de Bononia honorabilis Capitanei populi pisani et decem dominorum priorum artium dicte Civitatis ad sonum campane et tubarum voce preconum in palatio habitationis ipsorum dominorum priorum more solito congregato. Cui consilio interfuerunt ipsi domini priores omnes decem et camerarii numero .xliij. artium predictarum. In quo quidem consilio dicti domini priores una cum dictis Camerariis et ipsi Camerarii una cum ipsis dominis prioribus unanimiter et concorditer pari voto ipsorum nemine discordante, facto prius et misso diligenti partito et obtento solempniter inter eos secundum formam statutorum et ordinamentorum Communis pisarum, providerunt statuerunt ordinaverunt et reformaverunt omni modo et iure quibus melius potuerunt omnia et singula infrascripta prius deliberata secundum formam statutorum et ordinamentorum dicti Communis videlicet.

C xliij

Quod rectores et castellani terrarum recommendatarum et submissarum Communi pisarum solvant duodecim denarios pro qualibet libra eorum salarii finito eorum offitio.

In primis cum non sit pecunia sufficiens in Communi ex qua possint imminentia debita dicti Communis tam presentia quam futura occurrentia satisfieri et persolvi. Idcirco super dicti domini priores et Camerarii in eodem consilio existentes ex auctoritate et arbitrio eis concessis a Communi pisarum videlicet et quo pecunia sit habeatur et veniat in Commune et ex omni alia auctoritate et arbitrio eis competentibus quocumque modo, facto prius et misso diligenti et solempni partito et obtento solempniter inter eos secundum formam statuti et ordinamentorum Communis pisarum providerunt ordinaverunt et reformaverunt ac etiam statuerunt omni modo et iure quibus melius potuerunt. Quod quilibet rector potestas capitaneus seu castellanus publicandus et extrahendus deinceps de saccullis Communis pisarum ad quamcumque rectoriam potestariam capitaniantiam vel castellaniam quarumcumque Civitatum Terrarum castrorum cassarorum fortilitiarum seu locorum Communi pisarum submissorum vel recommendatorum necnon quorumcumque castrorum cassarorum fortilitiarum et locorum comitatus et districtus pisarum, solvat et solvere teneatur et debeat in camera Massariorum Communis pisarum seu conservatorum monete dicti Communis et ipsis Massariis vel Conservatoribus duodecim denarios pro qualibet libra sui salarii percipiendi et habendi occasione dictorum offitiorum rectorie potestarie capitanantie vel castellanie seu alicuius eorum suo finito offitio infra .xv. dies postquam a dicto redierit offitio rectoria potestaria capitania vel castellanantia seu ipsorum aliquo ad dictam Civitatem pisarum ad penam .C. librarum denariorum de facto auferendam per potestatem vel capitaneum seu Maiorem Syndicum Communis pisarum ad petitionem cuiuscumque petentis. Aliquo non obstante.

Quod quidem ordinamentum bapnitum fuit per Casaconem Missolj die penultimo dicti mensis Januarii prout plene constat manu ser Laurentij Tori de pisis notarii et nunc notarii dictorum dominorum priorum.

In nomine domini amen. Anno domini millesimo ccclxxxij indictione quarta tempore domini Urbani pape vj die x mensis decembris. Consilio dominorum priorum et camerariorum artium civitatis pisane sono campane et tubarum voceque preconis de mandato nobilis et potentis militis domini Tome de Bononia honorabilis Capitanei populi civitatis pisane et dominorum priorum artium dicte civitatis in palatio comunis pisani habitationis ipsorum dominorum priorum more solito convocato et adunato. Cui consilio interfuerunt dicti domini priores vij simul presentes et in concordia Cecchinello domini Francisci Bartholomeo Pagni et Ugolino filii Porcii eorum sotiis absente, camerarii artium dicte civitatis numero xxx. In ipso quidem consilio prefati domini priores et camerarii unanimiter et concorditer facto super istis deliberatione die precedenti et demum in presenti consilio factis propositis satis congruis et facto et misso partito et scruptineo solempniter inter ipsos dominos priores et camerarios et obtempto solempniter secundum formam statuti comunis pisani et non forma istis et omni auctoritate et arbitrio istis et omni modo iure et forma quibus melius potuerunt providerunt ordinaverunt et reformaverunt omnia et singula infrascripta videlicet.

Imprimis Cum viri etc.



S lre.

Et preconis comunis pisani qui tenebunt ronçinum debent habere quatuor florenos auri quolibet mense

Item Cum sepe sepius expediat quod tubatores comunis pisani plus solito aggravantur pro novos casus emergentes quotidie et necesse in civitate pisana oporteat ipsos laborare et et ad alia loca per comitatum pisanum pro quo necesse est quod ipsi vel maior pars ipsorum teneant equos vel ronçinos pro equitando et expeditiones faciendo dicto comuni maxime ut predicitur ad presens pro supervenientes societates et pro obsessionem castri Avenis et alia quotidie supervenientia. Idcirco predicti domini priores et camerarii in consilio dicto ex arbitrio et auctoritate quam habent super honore statu et magnifficentia comunis pisani et maxime etiam ex arbitrio et auctoritate quam habent a consilio generali adunantie artium et artificum civitatis pisane super novis casibus occurrentibus et precessitendo magnis societatibus et pro recuperatione castri Avenis et aliis de quibus in reformatione dicti consilii generalis adunantie continentur ut latius constat sub die quarta mensis novembris proxime preteriti manu mei notarii infrascripti et omni alio arbitrio et auctoritate et omni modo iure et forma quibus melius potuerunt considerantes predicta et considerata opportunitate comunis pisani quam habet de servitio dictorum preconum et pensata carestia blade et straminis pro equis retinendis facto prius et misso inter ipsos dominos priores et camerarios partito et scruptineo ad bussulos et fabas albas et nigras et obtempto solempniter secundum formam statuti comunis pisani providerunt ordinaverunt et reformaverunt quod precones comunis pisani qui amodo deinceps tenuerint equos vel ronçinos ut paratiores sint ad servitia dicti comunis habeant et habere debeant pro eorum salario et provisione a massariis comunis pisani quolibet mense quo ipsos equos vel ronçinos retinuerint pro quolibet eorum dimidium florenum auri ultra salarium eis constitutum per formam statuti et ordinamenti comunis pisani. Et quod massarii ordinamentorum comunis pisani quicumque pro tempore fuerint de quacumque pecunia dicti comunis sine alia apodissa precepto vel mandato dent et solvant et dare et solvere teneantur et debeant dictis preconibus qui equos vel ronçinos tenuerint ut dictum est pro tempore dumtaxat quo ipsos equos vel ronçinos tenuerint pro eorum salario provisione sive adiuta ultra solitum salarium et solitam provisionem ad rationem predictam dimidii floreni auri pro quolibet eorum et quolibet mense dum tamen ipsi precones de dictis equis et ronçinis monstram et assignamentum facere teneantur coram massariis dicti comunis secundum formam statuti et ordinamenti comunis pisani et et coram revisoribus monstrarum potestatis et Capitanei et aliorum offitialium comunis pisani quotiens ab eis fuerint requisiti a quibus si puntati fuerint excomputare debeant et eis dicti massarii de dicto salario debeant retinere pro ipsis puntaturis illas quantitates pro rata qualiter deberent si ipse puntature facte essent per ipsos massarios secundum formam ordinamenti comunis pisani :-

Et Ego Massarellus [illegible] de pisis publicus imperiali auctoritate notarius et nunc notarius dictorum dominorum priorum predictis interfui et de mandato dictorum dominorum priorum me subscripsi et publicavi.

In nomine domini Amen. Anno domini millesimo iii^c lxxx indictione tertia tempore domini Urbani
pape vi die viii mensis Junii.

Consilio dominorum priorum artium civitatis Perusii et Consulum mercatorum auditorum
Cambii Camerariorum Calzolariorum et aliorum Camerariorum artium civitatis Perusii ad sonum
Campane vocemque preconis et tubarum in palatio habitationis dictorum dominorum priorum
more solito congregato et convocato de mandato Nobilis et potentis militis
domini Alberti de Bon... honorabilis Capitanei comunis et populi Perusii et Nobilis et potentis
militis domini Fantini Giorgio honorabilis potestatis dicte civitatis Perusii Et dictorum
dominorum priorum artium dicte Civitatis. In quo consilio interfuerunt dicti domini priores
decem Et Camerarii numero xxxvi presentes inter dictos dominos priores tempore debito secundum formam
statutorum et ordinamentorum comunis Perusii super infrascriptis deliberentur habita licentia consiliis et dicti de
scruptineo facto et misso partito inter eos ad bussulas et fabas albas et nigras
et solempniter obtempto secundum formam et exigentiam statutorum et ordinamentorum comunis Perusii

Item cum pro parte Herculani Luce de Perusio porte sancti Angeli et parochie sancti
Fortunati vobis dominis prioribus et Camerariis artium civitatis Perusii fuit exibita
et porrecta quedam petitio seu supplicatio tenoris et continentie infrascripte videlicet.

Coram vobis Magnificis et potentibus dominis dominis prioribus et camerariis artium
civitatis Perusii Exponitur pro parte Herculani Luce porte sancti Angeli et parochie
sancti Fortunati preconis comunis quod dictus Herculanus predictus intendat et velit
dominationi vestre et comunis Perusii deservire circha ministerium sive artis que
admodum faciunt alii precones dicti comunis Perusii Quatenus dominationi vestre
placeat providere ordinare et reformare omni solempnitate opportuna
quod dictus Herculanus predictus conducatur ad salarium dicti comunis Perusii cum provisione
rationibus et emolumentis quibus et quemadmodum sunt conducti alii precones
dicti comunis Perusii Et ipsum Herculanum aliorum preconum consortio congregare Et
omnia mandare ordinamenta et reformare quatenus massarii comunis Perusii qui
pro tempore erunt vel alter eorum possint teneantur et debeant dicto Herculano pro tempore
predicto dare et tradere rationem et salarium consuetum et ordinatum et alias
provisiones seu emolumenta que quocumque dantur et dari consueverunt
aliis tubatoribus comunis Perusii secundum formam statutorum et ordinamentorum dicti comunis Perusii de offitio
preconum et tubatorum loquentium Et omnia et singula facere et adimplere prout
et sicut actenus extitit consuetum facere aliis preconibus et tubatoribus dicti
comunis.

Existentes igitur prefati domini priores et Camerarii ut supra dictum est in dicto
consilio convocati et congregati visa predicta petitione et deliberatione predicta ...

72v

Sup ea per ipsos dnos potes iux exigentia stat. com. Per. et considerato
q ea que continet exigunt maturiore deliberatione ea. apt. presenti
dni potes et cam post consilium redditu sup ea et partito int ipsos
et solepnit obtento ad bussul. c fabas nigras c albas fm dcor
stat. dispositione Excomib. antel arbitriis c baylijs utriusq collegio
et eor collegio concessis et actributis et om modo quo melius c
utilius potuerunt statuerunt c reformaverunt q presentes dni potes
et eor collegium sup dca petit. et contentis i ea possit teneantur
et debeant ordinare providere c reformare quidquid potuerunt
auemire q et i ipos dnos potes et eor collegium spetum ad omnia
sup dca omnem eor potatem arbitrium c bayl. remiserunt dederunt et
concesserunt et i eos suas vices quo ad pdca dumtaxat comiserunt
et imposuerunt volentes c statuentes q ex nunc prout ex tunc et ex
tunc prout ex nunc quidquid per ipsos dnos potes et eor collegium in
pdcis c circa pdca deum stat. pusium ordinat. c deliberat fuit
ppetua obtineant roboris firmitat. Et effectui adeo executioni
plenarie mandetur c pinde habeatur c sit ac si i presenti co
silio c pp. consilium ordinat. pusium c reformatum foret.

Die etia decima mensis Junij existentes pdci dni potes omes presentes
et i concordia et quinq cam artium civit. Per. omes presentes c i con
cordia i palatio habitat. dcor dnor pos collegialit. congregati c congre
gati Et volentes commissione pdce eis et i eos facta p consilium
dnor pop c cam artium civit. Per. de c sup quada petit. seu
supplicat. et contentis i ea Coram ipsis dnis potibus et cam exhibit.
et porrect. p herculanum lelli de Per. port. s. angeli c par. sancti
fortunati plenius tenoris et continentie iusti Et visa reformat.
edite sup petit. pdca per dos dnos potes c cam de mense. s. pntes
manu mei notarii iusti Et visa c diligent. examinat. petitione
pdca p dos dnos potes et cam Et cognito q e i ratione et
equitate fundata c p bonis moribus admictenda omes simul
presentes et i concordia posito partito int eos c solepnit obtento
ad bussul. c fab. nigras c albas fm forma et exigentia stat.
c ord. com. Per. et om potate arbitrio c bayl. q c qua hnt
sup bono c pacifico statu Civitat. Per. et presertim de quib. sup fit
mentio a consilio cam et om modo iure c forma quibus melius
potuerunt statuerunt ordinaverunt et reformaverunt i omibus c p

omnia et prout sicut in supradicta petitione continetur et scriptum est ipsam
que voluerunt et decreverunt observari et adimpleri ac etiam exe
cutori mandari plenarie et effectualiter iuxta tenorem suum continuatione
Nec non expresse mandantes magistris coram presentibus quatenus visis presentibus
predicta omnia contenta in dicta petitione faciat et observet et adimpleat
cum effectu suo et iuxta tenorem dicte petitionis et prout aliis premissis
conductis seu electis in camera nostra magistri plenarie observetur aliquo
in contrarium non obstante.



Et ego Michael [illegible] Formasii imperiali
auctoritate notarius [illegible] scriba
et nunc notarius dominorum [illegible] omnibus
interfui et ea rogatus me subscripsi et signavi.

In nomine domini amen | Anno domini Millesimo iij^c Lxxvj. Indictione xiiij.
tempore domini Gregorii pape xj. die xv. mensis Iulii |
Veniens et existens petrus Masseoli alias dictus Casione pro
de perusio coram magnificis et potentibus viris ... dominis prioribus
artium civitatis perusii nunc decem presentibus et intelligentibus et
absentibus Lodovico Francisci et phylippo petri prioribus eorum
sociis et collegis | Et ipsis dominis prioribus decem presentibus exi-
stentibus collegialiter congregatis in palatio eorum solite habitationis
exibuit obtulit et produxit infrascriptam supplicationem | Cuius
quidem supplicationis tenor talis est videlicet |

cassationis tubatoris | Supplicatur vobis dominis prioribus et camerariis artium civitatis
perusii pro parte petri Masseoli alias vocati Casione de perusio porte
Solis publici preconis et tubatoris comunis perusii. Quod cum anno
preterito et de mense decembris quo tempore insurrexit rumor in
civitate perusii contra officiales et pastores Romane Ecclesie exi-
stentes in dicta civitate occurrerit casu et non aliqua saga-
citate vel fraude seu malitia ipsum recludi cum aliis exi-
stentibus in Citadella et steterit usque quo reclusi recesserunt |
et per aliquos emulos ipsius non zelo Iustitie sed potius
zelo invidie fuit relatum prioribus predecessoribus vestris quod dictus petrus
malitiose hoc fecerat quod non est verum | cum notoria sit
puritas et simplicitas ipsius | et sit quandam verecundia tacuit
et importunus non fuit ad consequendum iura sua et solita rubba
et capucium et stipendia non habuit nec habet | nec alia arte habet
unde vivere possit cum sua familia | Quatenus intuitu
pietatis et misericordie dignemini in consilio vestro

oportunis, ex omni auctoritate, potestate et arbitrio vobis concessa,
Comunis super tributationibus et provisionibus conducendis providere
ordinare et reformare quod dictus petrus sit et remaneat in
officio procuratus dicti comunis, et habeat et habere debeat a
comunis, et a dominis conservatoribus monete et assayatoribus
dicti comunis rubbam, carpentum et stipendia et salaria
singulis mensibus prout habebat et percipiebat actenus ante
quod casus contingeret prelibatus prout habebat et percipiebat
tempore libertatis populi comunis, et prout percipiunt alii tabulato-
res et procuratores dicti comunis. Et ipsum ad dictum offitium
integraliter restituere et remaneat prout in libris dicti
comunis plenius apparet, aliquo in contrarium non obstante,
prout sic vel aliter plus vel minus in dicta supplicatione
latius continetur.

Et petiit dictus petrus ab dicto castione predicta
per dictos in dicta supplicatione contenta sibi fieri per dictos
dominos priores et camerarios artium Civitatis,
et super ea providere, ordinare et reformare prout et
sicut in dicta supplicatione continetur.

Qui domini priores visis dictis petitionibus et in concordia
visa et diligenter inspecta dicta supplicatione et contentis in ea, et audita petitione dicti petri ab dicto castione
tis in ea, et audita petitione dicti petri ab dicto castione,
esse in veritate et equitate fundata, existentes

in suprascripto palatio eorum solite residentie, missoque inter
eos scruptinio et partito secreto ad fabas nigras et al-
bas, et obtempto secundum statuta et ordinamenta comunis perusii formam
et exigentiam, quantum in eos est, ex omni auctoritate
et arbitrio quod et quam habent a comuni perusii super tuba-
toribus et preconibus, et omni via iure modo et forma quibus
melius potuerunt dictam supplicationem admiserunt, et
concesserunt ordinaverunt et reformaverunt, ac etiam mandaverunt fieri
prout in dicta supplicatione continetur, et deliberaverunt
ipsam fore et esse mictendam in consilio camerariorum artium
civitatis perusii, et in quocumque alio consilio secundum quod
in dicta supplicatione continetur, Et in quantum expediet
et necesse fuerit eam micti et poni inter camerarios et consilio
eorum, aliquo non obstante.



Et ego Dinchus q(uondam) Pauli [illegible] de [illegible]
pre(dict)is imperiali auct(oritate) et pate(?) [illegible] notar(ius) et nunc notar(ius)
et scriba [illegible] p(re)dict(is) o(mn)ib(us) interfui et
ut supra legitur rogatus aliis negotiis impeditus
alteri scribenda com(m)isi ideo me subscripsi et publicavi.

In ordinamentis comunis Pisarum existentibus in cancellaria dicti comunis reperitur inter alia sic videlicet.

In nomine domini Amen. Anno domini millesimo iij.c lxxvj. Indictione xiiij.ta tempore domini Gregorii pape xj. die xxj. mensis Iulii.

Consilio dominorum priorum Artium Civitatis Pisarum, Consulum mercatorum, Auditorum Cambii, Camerariorum, Calzolariorum et aliorum camerariorum aliarum Artium dicte Civitatis, de mandato dictorum dominorum priorum et Nobilis et potentis militis domini Ghym de Forteguerris de Pistorio honorabilis potestatis dicte Civitatis nunc vacante offitio domini capitanei populi dicte Civitatis, ad sonum campane vocemque preconis in palatio habitationis dictorum dominorum priorum ut moris est solepniter convocato et congregato. Cum in quo consilio interfuerunt prefati domini priores numero xj. absente Lodovicho Francischi eorum sotio et collega. Et dicti camerarii numero trigintaquatuor. In quoquidem consilio dicti domini priores unacum dictis camerariis et dicti camerarii unacum dictis dominis prioribus omnes unanimiter et concorditer ex omni auctoritate et arbitrio quod et quam habent a comuni Pisarum super novis casibus occurrentibus non provisis et super manutentione et conservatione dicte civitatis in bono et pacifico statu et ex omni alio arbitrio et potestate quod et quam habent super infrascriptis et omni via iure modo et forma quibus melius potuerunt providerunt ordinaverunt et reformaverunt omnia et singula infrascripta videlicet

Inprimis cum vir prudens ser Iohannes Cambini orator comunis Florentie et certo offitio baylie Civitatis eiusdem dominis prioribus artium Civitatis Pisarum exposuerit etc.

c. l. viij

Ordo de luminaria fienda in die beati Ambrosii et quod massarii comunis Pisarum teneantur eam fieri facere in nova certa quantitatem florenorum auri

Item cum suffragio et patrocinio Beatissimi Confessoris Ambrosii gloriosi doctoris Ecclesie Sancte Dei et Mediolani Episcopi sue festivitatis die scelleratus et perfidus tirannus Abbas Maioris Monasterii Turonensis qui violenter pisina et populum sancti Herculani servitutis iugo premebat et eius satellites et sequaces impii fuerint mirabiliter de civitate Pisarum et magnificis et inexpugnabilibus fortillitiis eiusdem propulsi innominiose expulsi et totaliter crudeli potestate privati. Et idem populus sua pristinam receperunt libertatem. Nec idem ingratitudinis possit labe notari sed potius honore debito doctori prefato mercatur eius interventu receptam in perpetuum libertatem illibatam conservare.

Supradicti domini priores et camerarii ut supra collegialiter congregati omnes unanimiter et concorditer celebrato et solepniter obtento inter

ces ptito sm statutorum cois pns formam et exigentiam ex oib
auctoritatib supstis et ex oi qua et quod hnt sup istis et oi mo
via forma iure et ca quibus melius et efficacius potuerunt
statuerunt pviderunt et ordinaverunt Anno pstan dictoris s
Ambrosij i civitate et comitatu pns dies sit festus et ab omib
celebretur a quibuscumqz artibus magistris ministris et opib
penitus abstinentes et illo die ferie sint et esse intelligantur
indicte in honore dei et dci sancti tam in criminalib qz i civilib
Et qz i ecclia sce marie nove sita i radice olim cidadelle qua
tirannus pone vastaverat imemoria et honore dci sci tunc qz
hedificetur p fratres dce ecclie sce marie nove i loco apto i dicta
una capella in qua continuo ad honore dci sancti solepnia celebr
tur p eius hedificatione hant et hre debeant a coi pns de pmis
cois pecunia et avere florenos aur viginti sex cum dimidio aur
Et exinde dci dni priores statuerunt ordinaverunt et reformaverunt
ac etia expsse madaverunt et madant qz massarij cois pns vel
eorum alter de pecunia et avere dci cois ad eorum manus pventa sive
pveienda dent et solvat et dare et solvere possint teneatur et
debeant conventui dcorum fratrum seu priori eorum p ipso con
ventu recipienti floren aur xxvj cu dimidio alterius floren con
vertendo i hedificio et pro edificio dce capelle sine aliqua alia
apodixa pcepto vel madato Et insup madaverunt et madat
qz dci massarij et eorum i officio pnt successores i ppetuum quolibz
ano de avere et pecunia cois pns in festo dci sancti Ambrosij
emat et emere possint et debeant quatuor duplerios
viginti quinqz librarum cere inter omes et illos i mane festivitatis
dci sancti cos dce ecclie cois pns nore dent et tradant dictis
fratrib et conventui p celebrandis missis ad dictam capellam
toto ano quos duplerios ornare faciat cum armis pnts
ut crediderit convenire Et qz omibus et singulis clericis et reli
giosis euntib ad processionem dca die dent et tradant expsis
cois pns candelas put et quemadmodum consueverunt i alijs
festivitatib sca herculani et sci constantij cum clerici cho
adunari se debent put in dictis festivitatib i ecclia sancti

Camerarij maioris Camere presentium. Insuper etiam statuerunt quod dicti
massarij quolibet anno in die festivitatis Sancti Santi emant et consignent
dominis prioribus artium, domino capitaneo populi, domino potestati, maiori
sindico et iudici iustitie, cancellario et priorum notario facculas
honorabiles, ut crediderint convenire, eisdem et eorum camere vera
signadas et restituendas oblatione facta. Et quod camerarij artium
similiter modo, a sua arte facculas habeant et ad luminaria et oblationes
accedant cum dictis dominis prioribus et offitialibus, et oblatione facta
arti sue restituant. Qui omnes ut dictum est ad dictam oblationem
anno quolibet in die festivitatis Sancti Santi Romani accedere teneantur
et debeant ordinate. Et insuper quod omnes Religiosi cuiuscumque
religionis et Religiones ibi accedant ad processionem ante
priores quemadmodum in festivitatibus Beati Herculani sive
Beati Constantii, aliquo non obstante.

Et Ego Dinchus condam Putij Fortis de porta Porte Sancti Angeli
et parochie Sancti Fortunati imperiali auctoritate iudex ordinarius et nunc notarius
et scriba dictorum dominorum priorum predictis omnibus dum agerentur interfui
et ut supra legitur Rogatus scripsi et publicavi.



Ego Nicolaus quondam domini Ranutij de porta porte Sancti
Petri imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius predicta omnia de
ordinamentis comunis Perusii scripta et publicata manu dicti Dinchi notarii
hic extraxi et scripsi, nil addens vel minuens quod mutet
sensum vel variet intellectum copiam exemplavi et publicavi.

In nomine domini Amen. Anno domini Millesimo iij^c Lxxvj Indictione xiiij tempore domini
Gregorij pape xj die xxviij mensis Augusti Consilio dominorum
priorum artium Civitatis perusii Consilium Mercatorum Auditorum
cambij Cam Calzolariorum et aliorum camerariorum aliarum artium
Civitatis perusii ad sonum campane et tubarum voce preconis in palatio
habitationis dictorum dominorum priorum more solito congregato et convocato de licentia
et mandato nobilis et potentis Militis domini palle de florentia honorabilis
Capitanei Communis et populi perusii et dominorum priorum artium dicte Civitatis ad sonum
campane et tubarum voce preconis in palatio habitationis ipsorum dominorum
priorum more solito congregato et coadunato Cuius quidem consilio in
terfuerunt dicti domini priores omnes presentes et concordia et dicti camerarij numero
xl presentes Inter ipsos dominos priores tempore debito secundum formam dictorum statutorum
Communis perusii super infrascriptis deliberatione habita et super eis inter ipsos
facto et obtempto partito secundum formam dictorum statutorum, et deinde super dicta
dicte dicti domini priores una cum dictis camerarijs et dicti camerarij
una cum dictis dominis prioribus existentes in dicto Loco collegialiter con
gregati inter eos omnes facto et obtempto partito secundum formam dictorum statutorum
Ex omni auctoritate et arbitrio eis actributis et concessis in forma Communis perusii super
manutentione et defensione Civitatis et comitatus perusii in bono et pa
cifico statu et ut unicuique Jus et Justitia fiat et mini
stretur et unde pecunia veniat in eorum et super custodia Civi
tatis et comitatus perusii et super novis casibus occurrentibus non provisis per
formam statutorum dicti communis et omni alia quod et que habent super infrascriptis et quolibet
eorum et omni modo via Jure et forma quibus melius potuerunt pro
viderunt Ordinaverunt statuerunt et Reformaverunt ac etiam
Mandaverunt omnia et singula infrascripta videlicet

Inprimis quidem Cum Rei publice expediat quod debitores Communis perusii
exigantur ut pecunia habundantius veniat in eorum etc.


Item cum pro parte petri Massioli al. dicti Cassiomis preconis et tubatoris
fuit porretta quedam petitio tenoris infrascripti videlicet

c. Boni
ordo Cascionis tubatoris

Magnificis patribus et dominis dominis prioribus et Camerario Civitatis perusii
Supplicatur humiliter pro parte fidelis vestri Petri Massoli al[ia]s
dicti Cascionis porte [illegible] singularis et paruli sancti Martini de Midano
Quod Cum fuit et fuit pro tubatore communis et populi perusii nec umquam
fuit dicto officio remotus sed stetit in suspensione tempore felicis
et prospere recuperationis pacifici et liberi status Civitatis
perusii nec appareat de nova sua electione ut aliter et
a quibus officialibus satisfiat de suo salario Et nisi sit dicta
supplicatio vobis per alios tubatores Quod eorum electio
firmetur et satisfiet eis de solito salario per massarios communis
perusii videlicet pro singulis mensibus tenentibus equum ad rationem trium
florenorum auri cum dimidio et duorum florenorum auri non tenentibus
voluerit eius de pecunia et avere Communis perusii ad manus dictorum
massariorum perveniunta ut pro deveniendo tam pro tempore preterito
quam futuro Et non credat dictus Cascione [illegible] minus me
reri quam alii tubatores attenta industria et fideli
tate sua Quatenus dignemini in consilio oportuno
[illegible] providere de electione et de salario dicti Cascionis
pro [illegible] seu [illegible] providendo de aliis tubatoribus
de eorum electione et salario aliquo non obstante.

Visa qua dicta petitione convenimus debito tempore inter ipsos dominos priores
examinata et habita super ea deliberatione matura et inter
eos facto et obtempto partito ad fabas nigras et albas secundum formam
statutorum dicti Communis Et demum [illegible] dicta die [illegible] dicti domini priores
et camerarius simul collegialiter congregati celebrato inter eos
solempni partito et obtempto ad fabas nigras et albas secundum
formam dictorum statutorum [illegible] ex omnibus [illegible] supradictis et ex omni

alia auctoritate et arbitrio quam habent super predictis offitiis et quod modo dicta
iura et offitia quibus melius potuerint convenienter et cum concordia primi
vertit ordinis et reformaverunt et providerunt et ratione elegerunt
nominaverunt et declaraverunt dominum Petrum domini Castronis in
tubatorem et preconem et pro tubatore comunis predicti cum salario
eidem solvendo per massarios dicti comunis tam presentes quam futuros secundum
formam statutorum dicti comunis dictam materiam loquentem de
pecunia et avere dicti comunis ad eorum manus perveniente vel pervenienda
sine alia apodixa precepto vel mandato et licet per eos
quos spectat in futuris fuerit incipiendo aliquo non obstante. ||–



Ego Dominichinus ser Nuti publicus sacri imperialis
auctoritate iudex ordinarius atque notarius et nunc notarius dictorum dominorum
priorum predictis omnibus interfui et ea de legitime rogatus
quia aliis diversis negotiis impeditus aliis scribendum commisi
me subscripsi et publicavi. –

In nomine domini amen. Anno domini millesimo iiiᶜLxxvi. Inditione xiiii tempore domini Gre-
gorii pape xi die xxviii mensis Augusti. Consilio dominorum priorum artium
Civitatis perusii Consilium mercatorum Auditorum cambii Camerariorum Calzolariorum et aliorum
camerariorum aliarum artium Civitatis perusii ad sonum campane et tubarum voce quoque pre-
conis in palatio habitationis dictorum dominorum priorum more solito ~~[illegible]~~ congregato et
convocato de licentia et mandato nobilis et potentis militis domini Pulle de
Florentia honorabilis Capitanei Communis et populi perusini et dominorum priorum artium dicte civitatis
ad sonum Campane et tubarum voce quoque preconis in palatio habitationis ipsorum dominorum
priorum more solito congregato congregati et coadunato. In quidem consilio
Interfuerunt dicti domini priores omnes ~~[illegible]~~ et in concordia et dicti camerarii
numero xl. prius inter ipsos dominos priores tempore debito secundum formam dictorum statutorum
Communis perusii super infrascriptis deliberatione habita et super eis inter ipsos facto et
obtempto partito secundum formam dictorum statutorum et deinde super dicta die dicti domini
priores una cum dictis camerariis et dicti camerarii una cum dictis dominis
prioribus existentes in dicto loco collegialiter congregati inter eos omnes facto
et obtempto partito secundum formam dictorum statutorum Ex omni auctoritate et arbitrio
eis atributis et concessis a communi perusii super manutentione et defensione
Civitatis et comitatus perusii in bono et pacifico statu et ut unicuique
Jus et Justitia fiat et ministretur et unde pecunia veniat in commune
et super custodia Civitatis et comitatus perusii et super novis casibus occur-
rentibus non previsis per formam statutorum dicti Communis et omni alia via et quia sunt
super infrascriptis et quolibet eorum et omni modo via iure et forma quibus
melius potuerunt Providerunt ordinaverunt statuerunt et refor-
maverunt ac etiam mandaverunt omnia et singula infrascripta videlicet

In primis quidem Cum rei publice expediat quod debitores Communis perusii
exigantur ut pecunia habilitando veniat in commune etc.

Item cum pro parte Ciecchi Boratii — Pauli Cole, Antonii Ubti, Angeli Paulini
et Marcutii Cangnoli preconum et tubatorum Communis Perusii porrecta
fuit quedam petitio tenoris et continentie infrascripte videlicet.
Magnifici domini domini priores et camerarii artium Civitatis Perusii
pro parte Ciecchi Boratii porte Solis et parrochie sancte Marie Nove, Angeli Paulini dicte porte,
Antonii Ubti, Pauli Cole porte sancti Angeli et parrochie sancti Fortunati et Mar-
cutii Cangnoli porte Heburnee et parrochie sancti Nicolai vestrorum tubatorum et Communis
Perusii dicitur cum actenus consuetum fuit eis solvi et satisfieri eis
de eorum solito salario infrascripto per massarios camere Communis Perusii. Et
pridie per predecessores vestros fuit provisum et ordinatum quod de-
beret eis solvi per computatores et monete cum non esset provisum
de massariis singulariter per se et velint et eo dicens sit more
solito satisfieri eis et de eorum salario solito a dictis massariis et non
a computatoribus videlicet pro singulis mensibus habentibus equum et retinentibus
equos ad rationem trium florenorum auri cum dimidio pro quolibet eorum
et non retinentibus ad rationem duorum florenorum auri. Quatenus
Magnificentie vestre ex omni auctoritate et arbitrio vobis concessis a dicto Communi
super ipsis tubatoribus et eorum salario providere ordinare et re-
formare quod data semper habita eorum electione facta per predecessores
vestros et de novo facienda per vos. Ac etiam mandare quod massarii
Communis Perusii presentes et futuri teneantur et debeant satisfacere et
solvere dictum salarium cum effectu more predicto. Et quod dictis
massariis liceat dictam satisfactionem et solutionem facere tene-
antur et debeant de pecunia et avere Communis Perusii sine alia
apodissa precepto vel mandato salarii publicatum. Aliquo generali vel
speciali instrumento loquente vel non obstante.

c. lx
Ordo tubatorum quod eis solvatur salarium per massarios.

Cumque prius tempore debito dicti ipsos dominos priores dicta petitio examinata fuit et matura deliberatione habita, posito dicto eorum partito et obtempto ad fabas nigras et albas, et deinde super dicta die in dicto consilio dominorum priorum et camerariorum et [illegible] collegialiter congregatorum consultatione habita [illegible] fuit exputata in [illegible] et [illegible] ad [illegible] prefati domini priores et camerarii celebrato dicto eorum secreto scrutinio ad fabas nigras et albas et solempniter obtempto ex omnibus auctoritate supradictas et ex omni quam habent super infrascriptis omni quo modo via iure et forma quibus melius potuerunt omnes unanimiter et concorditer providerunt ordinaverunt et reformaverunt in omnibus et per omnia prout et quemadmodum in dicta petitione continetur et scriptum est. Et pro proviso ordinato et reformato haberi voluerunt et iusserunt, aliquo non obstante.



Ego Dominichus ser Nuti de [illegible] [illegible] sub imperiali auctoritate iudex ordinarius atque notarius, et nunc notarius dominorum priorum et camerariorum, predictis omnibus interfui et ut supra legitur rogatus quia aliis negotiis impeditus alteri scribenda commisi, me subscripsi et publicavi.

In nomine domini amen. Anno domini millesimo . iii^c . lxxvi . indictione xv . tempore domini
Gregorii pape . xi . die xi . mensis februarii . Consilio dominorum priorum
artium civitatis Perusii consilium mercatorum auditorum cambii camerarii
calzolariorum et aliorum camerariorum aliarum artium dicte civitatis ad sonum
campane et vocem preconum in palatio habitationis ipsorum dominorum priorum
more solito convocato et congregato de mandato nobilis et potentis
militis domini Rossi de Riccis de Florentia honorabilis capitanei populi Perusii, nobilis
et potentis militis domini Andree de Cavalcantibus de Cremona
ecclesie capitanei civitatis Perusii et dictorum dominorum priorum . In quo quidem
consilio interfuerunt dicti domini priores numero . xii . presentes et concordia . Et
camerarii artium numero . xl . Inter ipsos dominos priores primo debito tempore
super formam statutorum et ordinamentorum communis Perusii super istis omnibus et quolibet eorum inter
se consultatione et deliberatione super ea obtentum et affirmatum ac demum
die suprascripta ipsi domini priores una cum dictis camerariis et dicti camerarii
una cum dictis dominis prioribus existentes ut dictum est collegialiter
congregati super istis omnibus per eos et eorum nomine propositis inter ipsos came-
rarios consilio habito et deliberatione matura cum eis et super ipsis et quolibet
eorum partito et celebrato diligenter et secreto scruptinio et partito sol-
lempniter obtento secundum formam dictorum statutorum et ordinamentorum ex omni potestate auctoritate
arbitrio et baylia quod et quam habent super conservatione et manutentione
in bono et pacifico statu civitatis et comitatus Perusii et ut ipsa civitas
artes et artifices in vera et solita libertate vigeat et conservetur Et
super custodia eiusdem civitatis et super habundantia habenda et facienda
et super novis casibus occurrentibus non provisis per statuta formam et ut
unicuique iustitia fiat et observetur, et ex omni auctoritate et arbitrio quod
et quam habent super istis et omni modo iure via et forma quibus
melius potuerunt providerunt statuerunt ordinaverunt et firmaverunt et pro statutis
et reformationibus haberi voluerunt omnia et singula infrascripta . videlicet .

Imprimis cum propter Gualterium Tebaldini depositum fuit coram
dictis prioribus et camerariis artium civitatis Perusii servitia et porrecta quod
petitio etc.

pro penonibus tubatorum […]

Item cum pro honore et magnificentia comunis Perusii sit necessarium
quod presentes tubatores comunis Perusii et qui pro tempore erunt habeant et habere
debeant a comuni Perusii penones pro tubis honorabiles et condignos
et maxime in festo gloriosissimi Martiris Herculani patroni et defen-
soris Civitatis et comitatus Perusii. Domini […] presentati domini priores et camerarii
ut supra collegialiter congregati unanimiter et concorditer volentes
sequi vestigia antiquorum. providerunt ordinaverunt et reformaverunt
Quod exnunc massarii comunis Perusii qui pro tempore dicte festivitatis erunt
teneantur et debeant facere et fieri facere penones honorabiles
ad arma solita comunis Perusii secundum valorem et condecentiam consuetam et
prout et sicut dictis massariis videbitur fore equum. Et dictos pe-
nones dare et tradere dictis tubatoribus singulis annis in festo
supradicto pena dictis massariis si negligentes fuerint in predictis Centum
librarum denariorum. eis auferenda per eorum syndicatorem tempore eorum syndicatus.
Aliquo capitulo vel statuto in contrarium loquente non obstante.
Et constum et valorem ipsorum solvere possit dictus massarius de pecunia pervenienda comunis Perusii ad eorum
manus quacumque sine […] viso solum presenti ordinamento.

Ego Johannes […] Georgii de Perusio porte solis imperiali
auctoritate notarius et iudex ordinarius et nunc notarius dominorum priorum
predictorum artium Civitatis Perusii prout supra legitur […] et […]
rogatus fui et publicavi. Et quod supra remissum et […]
[…] est manu propria mei signavi et remisi.



In nomine domini Amen. Anno domini Millesimo iii^c lxxxii. Indictione quinta tempore
domini Urbani pape vi^ti. die xxvi. mensis Augusti

Consilio dominorum priorum artium civitatis Pistorii consulum mercatorum auditorum cambii
camerarii calzolariorum et aliorum camerariorum aliarum artium dicte civitatis in palatio
habitationis nostre dominorum priorum de licentia et mandato magnifici et potentis militis
domini Petri de Castroveteri honorabilis capitanei populi dicte civitatis Pistorii et de mandato ipsorum
dominorum priorum more solito ad sonum campane voceque preconis et tubarum sono
premissis convocato et congregato, Cum quidem consilio interfuerint dicti domini priores
omnes decem et dicti camerarii numero triginta quinque, In ipso quidem consilio
dicti domini priores una et simul cum dictis camerariis. et dicti camerarii una
et simul cum dictis dominis prioribus, facta prius super istis omnibus et singulis
inter ipsos et per ipsos dominos priores matura et diligenti deliberatione cum
coadunatione dicti consilii existentes collegialiter congregati ac demum per ipsos
dominos priores inter ipsos camerarios ut prefertur ad consilium congregatos proposite
diligenter et super eis consilio reddito, ac demum secuto scruptinio et partito
super eis posito et optento diligenter secundum formam statuti et ordinamentorum communis Pistorii Ex vi
arbitrii auctoritate et potestate ipsis dominis prioribus et camerariis concessis et attributis
ex forma et per formam statuti communis Pistorii super custodia civitatis et comitatus
Pistorii Et super habundantia facienda in ipsa civitate et comitatu et conservatione
pacifico et tranquillo statu dicte civitatis Et ut unicuique Iustitia fiat et observetur
Et super persecutione rebellium et proditorum communis Pistorii Et super novis casibus non
provisis per formam statuti dicti communis Et ex omni alio arbitrio auctoritate et potestate ipsis
dominis prioribus et camerariis concessis et actributis quolibet ex forma quorumcunque
statutorum et ordinamentorum communis Pistorii providerunt statuerunt ordinaverunt et reformaverunt
omnia et singula infrascripta et quodlibet eorum modis et formis inferius de-
notatis videlicet

Imprimis cum expediat necessario pro communi Pistorii utilitate invenire et destinare etc.

Item cum pro honore communis Pistorii et utilitate singularium personarum videatur nedum
utile ymo necessarium ipsi communi habere maiorem copiam tubatorum ne propterea
numerus tubatorum deficiat sed augeatur pro honore dicti communis et utilitate pri-
vatorum Idcirco ipsi domini priores et camerarii facto et misso partito inter eos de fabis
ad levandum et sedendum optento secundum formam statuti communis Pistorii ex arbitrio et auctoritate supradictis
providerunt statuerunt ordinaverunt et reformaverunt quod dicti domini priores habeant et habere
intelligantur arbitrium auctoritatem et potestatem eligendi nominandi et vocandi pro communi
Pistorii unum bonum ydoneum et sufficientem tubatorem qui una cum aliis tu-
batoribus serviat ipsi communi et privatis personis ut faciunt alii tubatores dicti communis
et habeat et percipiat et habere et percipere possit et debeat a communi Pistorii vestitum
et salarium et alia munera ut habent et habuerunt et percipiunt alii tubatores
dicti communis. et quicquid per ipsos dominos priores in predictis fuerit executum et electio
quam fecerint quandocunque et quotiensque valeat et teneat ac si facta esset in generali
consilio et plenam habeat roboris firmitatem, Aliquo generali vel speciali in
contrarium loquente non obstante.

Item cum hactenus etc.

Die .xxviii. mensis Augusti

Domini priores artium civitatis Perusii omnes decem presentes et in concordia existentes in capella palatii eorum solite habitationis collegialiter congregati habentes auctoritatem a consilio camerariorum civitatis Perusii ut patet manu mei notarii infrascripti sub die xxvi. instantis mensis secundum vim et missio partito et scruptinio inter ipsos dominos priores et solempniter optento secundum formam statutorum et ordinamentorum communis Perusii elegerunt nominaverunt vocaverunt et deputaverunt in tubatorem et pro tubatore communis Perusii cum salario honore et emolumento aliis tubatoribus communis Perusii consueto et debito a dicto communi pro honore et utilitate communis Perusii

Nicolaum Vannis de Perusio porte sancti Angeli presentem et acceptantem.

Et ego Hermannus Ranaldoli imperiali auctoritate iudex ordinarius et notarius dictorum dominorum priorum predictis omnibus et singulis interfui et ea rogatus scripsi et publicavi.

Et ego Nicolaus quondam Vannoli de Perusio porte sancti Angeli et parrochie sancti Fortunati imperiali auctoritate notarius atque iudex ordinarius et nunc notarius ...ta prout inveni in talia in quodam libro reformationum bombicino subscripto et publicato manu dicti ser Hermanni Ranaldoli ita hic transsumpsi et fideliter exemplavi atque publicavi sub anno domini millesimo ccclxxxi indictione quinta tempore domini Urbani pape VI et die .vii. mensis octobris.

Ego Lodovicus Jacobutii de Reate cancellarius communis Perusii ad fidem me subscripsi.

In nomine domini amen anno domini millesimo trecentesimo lxxxxvi indictione xv tempore domini Bo-
nifatii pape viiii die xvii mensis Junii Consilio dominorum Priorum artium
Civitatis Pisarum Consulum mercatorum Auditorum Cambii
Camerariorum Calzolariorum Et aliorum Camerariorum aliarum artium
dicte Civitatis ad sonum campane vocemque preconis in palatio
habitationis dictorum dominorum Priorum more solito convocato et congregato
de mandato nobilis militis domini Rossi de Riccis de Florentia honorabilis
Capitanei Comunis et populi pisarum et dominorum Priorum artium dicte Civitatis
In quidem consilio interfuerunt dicti domini Priores numero
omnes duodecim presentes Et in concordia Et Camerarii artium
dicte Civitatis numero xli Prout inter ipsos dominos Priores
tempore debito secundum formam statuti et exigentia statuti et ordinis comunis
pisarum super infrascriptis deliberatione habita et super eis inter eos facto et
obtempto partito secundum formam dictorum statutorum Et deinde supradicta die
Ipsi domini Priores una cum dictis camerariis et dicti Camerarii una
cum dictis dominis Prioribus ut dicitur existentes Collegialiter congregati
Inter eos omnes facto et obtempto partito secundum exigentiam dictorum statutorum
Ex omni auctoritate arbitrio et potestate eis concessis et attributis super
manutentione et deffensione Civitatis et comitatus pisarum et aliorum eidem
subiectarum dicto comuni in bono et pacifico statu et libertate et ut unicuique
ius et iustitia fiat et ministretur Et super custodia Civitatis
Et super novis casibus occurrentibus non provisis per formam statuti
dicti comunis Et ex omni alia auctoritate potestate arbitrio et baylia quibus fungantur
super infrascriptis et quolibet eorum Et omni modo via iure et forma quibus
melius potuerunt ordinaverunt statuerunt et reformaverunt omnia
et singula infrascripta videlicet

Imprimis ordinaverunt et reformaverunt omnes duodecim Collegialiter eorum
adunati et congregati in Cappella site in dicto palatio eorum solite
habitationis etc.

Item cum pro parte Marcutii Cagnoli de pisis preconis et tu-
batoris comunis pisarum fuerit coram dictis dominis Prioribus exhibita et porrecta
quedam petitio seu supplicatio infrascripti tenoris et continentie

Coram vobis Magnificis dominis dominis Prioribus et camerariis
artium Civitatis pisarum supplicatur humiliter pro parte Marcutii
Cagnoli de pisis preconis et tubatoris comunis pisarum quod cum anno preterito
fuerit electus in preconem et tubatorem comunis pisarum sine equo pro tempore
unius anni incepti in kalendis Januarii dicti anni cum salario duorum florenorum

Marcutii Cagnoli preconis

aur. Et cum robba decem florenorum auri fienda in festo Sancti Her-
culani de mense martii gaudet et solvitur per massarios communis Perusii de
avere communis Perusii videlicet dicta robba de mense martii predicti et salarium
de mense in mensem prout de dicta electione partis manu ser Vitelli Elemosine
de Perusio notarii. Et nunc terminetur tempus nove electionis et velit
ipse Marcutius servire communi Perusii et eius offitialibus sine terminatione
certi temporis ad vitam ipsius. Ita quod non expediat quolibet anno
fieri electionem de novo. Quatenus dignemini in consiliis
opportunis ad bussulas et ad fabas albas et nigras iuxta formam
statutorum et ordinamentorum communis Perusii ex omni auctoritate arbitrio et baylia vobis
concessis a communi Perusii et a consiliis quibuscumque opportunis et maiore
super tubatoribus. Et ut unicuique ius et iustitia fiat et nos simus
sine [illegible] quod ex nunc prout ex tunc prefatus Marcutius tubator
sit et esse intelligatur electus et deputatus in preconem et tubatorem dicti
communis ad serviendum dicto communi et eius offitialibus ad ipsum offitium preconatus
ad vitam et in vita ipsius tam pro tempore preterito s. a kalendis mensis Ianuarii
proxime preteriti citra quam pro futuro tempore cum salario et robba percipiendis
et habendis a massariis communis Perusii vel aliis offitialibus communis Perusii ad hoc
deputatis vel deputandis videlicet robba singulis annis in festo S. Her-
culani de dicto valore x. florenorum auri et salario pro singulis mensibus
ij florenorum auri. Et quod ex nunc dicti massarii electi et eligendi et alii
quicumque offitiales deputandi teneantur et debeant pena C. librarum denariorum
pro quolibet eorum de facto auferenda per vos dominos [illegible] auctoritate pre-
sentis [illegible] et ordinis sine alio precepto vel mandato predictas robbas facere
et dicta salaria persolvere ipso Marcutio videlicet pro dicto tempore preterito
a dictis kalendis Ianuarii proxime preteritis citra et pro futuro tempore in vita ipsius
Marcutii prout dictum est. Expressis aliquibus in contrarium loquentibus non obstantibus.
Et prout consuevit in electionibus aliorum preconum et tubatorum communis
Perusii continetur de qua electione partis manu ser Iohannis [illegible] Ben-
[illegible] de Perusio notarii.

Cum igitur prius tempore debito inter ipsos dominos priores dicta petitio
examinata fuerit et matura deliberatione habita inter eos partito obtento
ad fabas albas et nigras. Et deinde supradicta die in dicto consilio
dominorum priorum et camerariorum ut moris collegialiter congregatorum con-
sultatione habita visis fuerint equitate iuste et fundate dicte petitionis
prefati domini priores et camerarii deliberatione inter eos solempni ad fa-
bas albas et nigras et solepniter obtento ex omni auctoritate

c xxij
[illegible] de electione Marcutii tubatoris.

supradictis Et Eorum arbitrio quod et quam sint super ipsis omnique
modo via iure et forma quibus melius potuerunt pronuntiaverint
ordinaverint et reformaverint in omnibus et per omnia prout et que-
admodum in dicta petitione continetur et scriptum est Et per provisiones
ordinatas et reformatas haberi voluerint et iusserint aliquo non
obstante

Et Ego Blaxius quondam Vannini Bonelli de
[?] populi sancti [?] de Florentia imperiali auctoritate
notarius et nunc notarius et officialis dictorum [?] et dominorum
dominorum priorum [?] omnibus interfui et ut supra
legi rogatus ea in me subscripsi et publicavi [illegible]

In nomine domini amen. Anno domini Millesimo iii° lxxxiij Indictione sexta tempore domini Urbani
pape sexti die xviij mensis octubris

Consilio consulum mercatorum auditorum cambii camerariorum artis collegiorum et aliorum
camerariorum aliarum artium Ciuitatis perusii de mandato Nobilis et potentis
militis domini Orlandi de Malauoltis de senis honorabilis Capitanei
communis et populi Ciuitatis perusii et dictorum priorum artium dicte Ciuitatis ad sonum
Campane et tubarum uoceque preconum in palatio habitationis dictorum
dominorum priorum more solito conuocato et adunato. Cum consilio interfuerunt
dicti domini priores artium numero nouem presentes et in concordia absente domino
Mathiolo eorum socio priore infirmitate grauato. Et uiginti quatuor
Camerarii artium dicte Ciuitatis. Et in ipso consilio suprascripti domini priores
una cum dictis Camerariis, et dicti Camerarii una cum dictis dominis prioribus
ex omnibus auctoritatibus et arbitriis infrascriptis et omni modo via iure
et forma quibus magis et melius potuerunt prouiderunt ordinauerunt
et reformauerunt omnia et singula infrascripta.

Imprimis Cum circha manutentionem, augmentum et conseruationem
uenerabilis studii perusini, oporteat cum omni cura ac tota mente
totisque uiribus uigilanter attendere etc.

Marcutii Cagnoli
tubatoris

Item cum pro parte Marcutii Cagnoli, Cecchi bocacii, Anthonii
Bei, Pauli Cole, Berardi alias lance, et Nicolai Vannis de perusio
tubatorum communis perusii fuit dictis dominis prioribus et Camerariis
solempniter supplicatum ut eisdem propter occasionem omnium rerum ad
esum hominum que in Ciuitate perusii presentialiter viget, de maiori
salario misericorditer prouidere, ut possint eorum uitam substentare
et competenter uiuere ad honorem et seruitia dicti communis. Id circho
suprascripti domini priores et Camerarii ut supra collegialiter congregati
uidentes et congnoscentes dictam eorum supplicationem iustam fore
et consonam equitati, et volentes ipsi eorum supplicationi effectualiter
annuere misericordia moti. ex omni auctoritate et arbitrio quod
et quam habent a dicto communi super bono et pacifico statu Ciuitatis
perusii et omni alio arbitrio et auctoritate eis quolibet attributis et omni
modo via iure et forma quibus magis et melius potuerunt prouiderunt

ordinaverunt et reformaverunt ac etiam expresse mandaverunt
et mandant massariis comunis perusii presentibus et futuris quatenus
de quacumque pecunia dicti comunis ad eorum manus perventa vel perveniendi
occasione eorum offitii dent et solvant et dare et solvere teneantur
et debeant dictis tubatoribus et cuilibet eorum ultra salarium
eis concessum et ordinatum per formam statutorum et ordinamentorum comunis perusii
decem florenos auri pro quolibet mense et quolibet eorum durante
tempore unius anni proxime venturi incipiendi in kalendis mensis novembris
proxime venturi et ut sequitur finiendi. pro compensatione
et remuneratione expensarum occurentium dicto tempore [illegible].
ut possint vivere competenter sub obedientia et reverentia
dicti comunis aliquo non obstante

Ego Johannes Lippoli de Perusio auctoritate notarius et Judex
ordinarius et nunc notarius dictorum dominorum priorum predictis
interfui et rogatus eam scripsi et publicavi.

In noie dni am Anno dni Millo ccc lxxxiiii Indict vii tpr dni
Urbani pp vi die xxviii mss Januarii

Consilio dnor por artiu Ciuitat pus Consulum mercator Auditoru
cambij Cam calzolarior et alior cam aliar artiu dce Ciuitat ad
sonu Campane voceq prconis et tubar in palatio hitat ipor
dnor por more solito conuocato et congregato de licentia et madato
Magnifici Militis dni Jacobi de Sanguinaciis de padua hon capit
cois et ppli pus et de madato dcor dnor por Cui consilio int
fuerunt dcti dni pores oms decem et dci Cam artiu nro xliiii
In quo quidem consilio dcti dni pores vna cu dcis cam et dci
cam vna cu dcis dnis porib unanimit et concordit facta sup
infrascript deliberat die pcedenti int dcos dnos pores et factis in
pnti csilio ppositis latis csilijs sco et misso partito et scruptinio
solepniter obtepto scdm formam stat cois pus ex om arbitrio et
auct qd et qua hnt dci dni pores et cam artiu pus simul et
diuisim sup bono et pacifico statu Ciuitat pdc et csuatione
eiusdem status et sup custodia et csuatioe dce Ciuitat et cot pus
et sup pseruit rebelliu et pditor cois pus et omib alijs arbitrijs
et auctoritatib eis adto coi pus quomodolibet actributis et om
mo via iure et forma quib melius potuerunt pvideunt ord
et reformaver oma et singla infra vz

clxij

In primis cum p dnos priores et camerarios artiu Ciuitatis
pus ex consilio et deliberatioe Quinquagita prudentium et circum
spector Ciuium pus ad hec p ipos pores et cam vocator et c

Angeli paulini
tubatoris cois

Item cum p parte Angli paulini tubatoris cois pus fuerit coram
pfatis dnis porib et camerarijs exibita petitio infrascri tenoris
vz Coram vobis Magnificis et potentib dnis dnis poribus
et camerarijs artiu Ciuitat pus Supplicatur huiliter et deuote

pro parte Angeli Paulini tubatoris communis Perusii vestri et dicti communis servitoris fidelissimi humiliter exponentis quod cum de anno proxime preterito et mense
Julii absentaverat se a civitate Perusii paupertate et necessitate vivendi
sui et sue familie conpulsus per certum temporis spatium et in ipso medio
aliis tubatoribus et precibus dicti communis qui erant et sunt conducti
descripti in camera dicti communis propter caristiam et carestudine victualium
plus solito fuit additum et auctum eorum salarium et provisio videlicet
equester in uno floreno auri pro quolibet mense et tantundem pedester. Quare
dignetur vestra dominatio eidem Angelo salarium et provisionem augere
cum eisdem immunitatibus et emolumentis quo qua et quibus fuit additum
et auctum aliis tubatoribus dicti communis incipiendo a kalendis instantis mensis
Januarii et hoc de vestra solita speciali gratia. Qua propter prefati domini
et camerarii ut prefertur ad consilium collegiale congregati visa inspecta
et examinata supplicatione petitionis considerantes rationem et equitate suadente fore
et quod inter pares iniactura non debet esse disparitas eorum auctoritate et
arbitrio super dictis et omni modo via iure et forma quibus melius
potuerunt facto primo et misso partito in pleno consilio inter dictos dominos priores
et camerarios ad bussulam et fabas albas et nigras et scruptinio solepniter
obtempto secundum formam statuti communis Perusii non obstantibus octo fabis nigris
missis in bussolam ad contrarium de novem dictorum petitionem continentiam
admiserunt et concesserunt ordinaverunt et reformaverunt omnibus et per omnia prout
et sicut in dicta petitione continetur et scriptum est mandantes massariis
communis Perusii vel aliis officialibus dicti communis solutoribus huiusmodi quantitate
quatenus dent et solvant et dare et solvere teneantur et debeant
dicto Angelo dictum florenum auri pro quolibet mense eo modo et forma et prout solvunt
et solvere debent aliis tubatoribus dicti communis aliquibus contrariis non
obstantibus

Ego Nicolaus Gilii de Perusio porte S. Subx imperiali auctoritate
notarius et nunc notarius dictorum dominorum priorum supradictis interfui
et ea rogatus manu propria dictorum dominorum priorum et camerariorum subscripsi et ea
meis signo et nomine apposui

In nomine domini amen. Anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo septimo. Indictione quintadecima tempore domini Gregorii pape xi. die vigesimo [illegible] mensis septembris. Consilio adunantie generalis seu adunantia generali et congregatione atque consilio artium et artificum civitatis pisis descriptorum et conscriptorum in matriculis dictarum artium et artificum de mandato Nobilis militis domini [illegible] de Riccis de florentia honorabilis capitanei civitatis et populi pisani nec non dominorum priorum artium dicte civitatis ad sonum campane et vocibus [illegible] in palatio residentie ipsorum dominorum priorum more solito et secundum statuta comunis pisani et generalis adunantie de predictis loquentes convocatis et congregatis [illegible] inter ipsos dominos priores deliberatione facta inter se debito secundum dicti statuti formam et exigentiam de ponendis infrascriptis in consilio dictorum dominorum priorum et [illegible] ac deinde saltem predicte ante presentis consilii et adunantie congregationem secundum dicti statuti formam et exigentiam inter ipsos dominos priores et [illegible] in consilio sollempni eorundem tractatu consulto et deliberatione [illegible] quod presens consilium et adunantia generalis artium et artificum [illegible] convocari et congregari potuerit et ad ipsam congregandam campana pulsari. Et omnibus et singulis infrascriptis in ipso consilio effectualiter propositis et deliberatis [illegible] et ordinatis. Cuius quidem consilii et generalis adunantie et artium et artificum [illegible] interfuerunt dicti domini priores artium numero xii [illegible] et concordia. Et [illegible] dictarum artium numero [illegible]. Et artifices dictarum artium descripti in matriculis artium earundem numero ccc l. et ultra. In quo quidem consilio et generali adunantia artium et artificum [illegible] providus et discretus vir Bartolomeus Cenoli unus ex collegio dictorum dominorum priorum artium, in presentia tam de conscientia voluntate et deliberatione omnium aliorum priorum sociorum et collegarum suorum nec non dictorum [illegible] artium dixit et proposuit in ipso consilio et adunantia [illegible] et subscribere [illegible] omnia et singula infra [illegible] ut [illegible] dictum est [illegible] inter ipsos dominos priores [illegible] inter ipsos dominos priores et [illegible] deliberata et ordinata [illegible] temporibus secundum dicti statuti comunis pisani formam et exigentiam. Que omnia modo forma et ordine infrascriptis in ipso consilio et adunantia et per ipsam adunantiam [illegible] et personas artes et artifices dicti consilii et adunantie proposita statuta et ordinata fuerunt et sollempniter reformata fuerunt videlicet

In primis quidem quod presens consilium etc.

Item Cum dudum pro [illegible] nequitiis et [illegible] emulorum [illegible] et [illegible] in [illegible] effectu reducerentur per magnificum et excelsum dominum dominum Bernabonem etc.

Cumque dicatur quedam statuta et ordinamenta officium consuatorum [illegible] vigere que [illegible] duplas stipendiariis [illegible] et dictorum stipendiariorum conductores in dampnum et preiudicium comunis tantum, propterea cum ordinamenta dudum per viginti facta, et in generali adunantia approbata, [illegible] expensis reformatione multa inconvenientia et dubia contineant tam consuatorum camere [illegible] massariorum et solutores [illegible] camerarii fieri debent concernentia. quod omnia indigent reformatione. Ideirco providerunt et reformaverunt quod domini priores possint teneantur et debeant eligere duos bonos legales et sapientes cives quibus intelligatur esse concessum et sit vigore consilii et adunantie vigore et potestate plenum liberum et generale arbitrium et plenam ac liberam potestatem statuta consuatorum circa stipendiarios loquentia mutare corrigere et emendare ut crediderint convenire pro utilitate comunis. hoc addito quod stipendiarii comunis teneantur et debeant rebelles et [illegible] comunis pisani tam presentes quam futuros quos caperent comuni pisani assignare et tradere.

Et quod ipsi domini priores possint teneantur et debeant eligere tres cives ex numero
et collegio illorum viginti civium qui dicta ordinamenta composuerunt loquentia
de expensis refrenandis et alios tres bonos prudentes et legales cives
qui tres sic electi seu eligendi presentis adunantie potestate et auctoritate
plenum liberum generale arbitrium habeant et eis concessum esse intelligatur et sit
predicta ordinamenta super refrenandis expensis interpetrandi corrigendi
mutandi cassandi et in melius reformandi prout eis visum fuerit et placebit.
Et quod omnia que predicti officiales fecerint ordinabunt declarabunt et statuent
in predictis circa predicta et quolibet predictorum et aliis dependentibus et connexis valeant et
teneant et plenam obtineant roboris firmitatem et executioni mandentur
et prout habeantur et sint ac si facta statuta mandata et reformata
fuerint in presenti adunantia et presente adunantia. Eo addito quod ex nunc

Tubatorum

tubatores communis presentes et futuri quantum ad perceptionem salarii eorumdem
sine diminutione tertie partis non intelligantur esse officiales communis et quod
eis fiat solutio in florenis auri computato ad rationem triginta duorum bolognenorum
pro quolibet floreno



Ego Thomas condam Matheoli Fatioli de Puteo de
porta Sancti Petri imperiali auctoritate iudex ordinarius et notarius et
nunc notarius dominorum priorum populi [illegible] et ea ut
hic notata supra leguntur rogatus et quia aliis impeditus alteri scribenda
commisi et ideo ad fidem predictorum me subscripsi et signum meum
consuetum apposui et cetera

In nomine domini amen. Anno domini millesimo iii^c lxxviii indictione prima,
Sede Romana pastore vacante, die vij mensis aprilis ante
vesperas.

Consilio consulum mercatorum auditorum cambii cum calzolariorum
et aliorum cum aliarum artium civitatis Senarum de mandato nobilis et potentis
militis domini Aldobrandini ... capitanei communis et ipsius populi et
dominorum priorum ... civitatis eiusdem ad sonum campane voce
preconis et ut moris est solito convocato et congregato in palatio
habitationis dictorum dominorum priorum. Cui consilio interfuerunt ipsi domini
priores et cum sufficienti numero consulum mercantie et auditorum
cambii computatis, in quo quidem consilio et in ipso consilio dicti
domini priores una cum dicto capitaneo et consilio et dicto capitaneo una
cum dictis dominis prioribus et consilio unanimiter et concorditer colle-
gialiter congregati ex omnibus arte et artibus eiusdem civitatis ...
et attributis super nonnullis casibus emergentibus nostris temporibus et
pro bono et pacifico statu civitatis et civium augendo et conservando
et perpetuanda unitate ... et ... civitatis pro reparatione ...
communis ... et conservatione ipsorum pro iure reddendo et ut quicumque
cives ... et conservatione ipsorum ... et artificis
pro ... in pacifica et vera libertate et securitate persistant et
pro conservatione pacifica civitatis ... omni modo via iure
et forma quibus magis et melius potuerunt tam ex arte et
arbitrio ... pro exemplis novum facere pro ad materia generalem
in presentia dictorum priorum et cum statuerunt ordinaverunt et reforma-
verunt omnia et singula infrascripta ... tamen deliberata per ipsos
dominos priores debere ... super foram stare ... dicti
...

Imprimis cum octo guerre etc.
Item cum auctoritate etc.
Item cum parte qua plures etc.
Item cum parte etc.

Item cum prefati tubatores comunis Perusii comuniter sollicite et
legaliter serviant eisdem dominis priores et dominos priores artium comunis
Perusii et alios dicti comunis officiales circha honorem et comoda
dicti comunis et quemcumque sit quod ipsi ut sinceres bene et
benigne tractentur et tractari debeant circha onera predicta
Deinde prefati domini priores et camerarii collegialiter congregati una-
nimiter et concorditer facto prius de eis diligenti scrutinio
et partito et obtempto solempniter secundum statuti formam ex deliberatione
auctoritate et arbitrio predictis et maxime auctoritate et arbitrio quod eorum
habent a dominatione generali ut patet plene manu mei notarii
infrascripti Volentes predictos tubatores condigne remunerare
eorum providerunt ordinaverunt et reformaverunt quod dicti tubatores
et quilibet eorum de eorum quantitate pecunie quam recipere tenentur
occasione eorum salarii vel a cambio amassariis comunis Perusii sive
ab ipsis vel alia recipere debebunt in futurum occasione predicti
eorum salarii et cambio predicte non teneantur nec debeant
solvere gabellam nisi dumtaxat duodecim denarios pro qualibet
libra secundum formam statuti deceret comunis Perusii non obstante
aliquibus statutis vel reformationibus contrarium loquentibus quoquo
modo et maxime statuto ordinamento seu provisione facto per legiti-
mos consilium quoquomodo aliqua loquentibus derogaverunt et prerogare
voluerunt auctoritate predicta.

Et ego Agustinus Nicholai Vanni de Perusio publicus imperiali
auctoritate notarius et iudex ordinarius et nunc notarius dictorum dominorum priorum
predictis omnibus ut de lege interfui et ea rogatus manu
dictorum dominorum priorum et camerariorum scripsi et publicavi

C. lxiiij.

Quod tubatores de eorum salario non teneantur solvere nisi xij denarios pro libra.



In nomine domini amen. Anno domini millesimo ccc° lxxvii. Inditione xv. tempore
domini Gregorii pape xi. die Jovis quarta mensis Junii. Consilio
adunantie generalis seu adunantia generali et congregatione artium et artificum
Civitatis Perusii. scriptorum et qui scripti sunt in matriculis ipsarum artium. de mandato
nobilis militis domini Rossi de Riciis de Florentia. honorabilis Capitanei communis
et populi Perusii necnon dominorum priorum artium dicte Civitatis. ad sonum campane et
tubarum decem quarum (?) precone in palatio residentie dictorum dominorum priorum convocato
et congregato heri que fuit tertia presentis mensis Junii. inter ipsos dominos priores et
Camerarios et in ipso consilio eorundem tractatu et deliberatione presentis adunantia
et consilio adunantie et quod bayrum quotari et congregari possit. prout
bayrum quotatum et congregatum est. necnon omnibus et singulis infrascriptis pro
effectualiter in ipso consilio tractatis ordinatis et deliberatis. Cum quidem
consilio adunantie seu adunantie generali et congregationi artium et artificum
predictorum interfuerunt dicti domini priores artium. omnes numero duodecim presentes et
in concordia et Camerarii artium numero xl. et Conservatores monete communis
Perusii numero tres. et artes et artifices civitatis Perusii scripti et descripti in ma-
triculis dictarum artium. numero Quingentorum et ultra. In quo quidem consilio
adunantie generalis seu in qua quidem adunantia generali artium et artificum.
Nobilis et discretus vir Jacobus contis (?) ex collegio dictorum dominorum priorum
seu ex dictis prioribus in presentia [illegible] et de consensu et voluntate atque delibe-
ratione aliorum undecim priorum sotiorum et collegarum suorum proposuit et dixit in
dicto consilio adunantie et adunantia [illegible] omnia et singula infrascripta prius inter
ipsos dominos priores. ac deinde inter ipsos priores et Camerarios artium dicte Civi-
tatis. et consilium eorundem debito tempore proposita consulta et deliberata ac solempni-
ter obtempta ordinata provisa et reformata. secundum statuta et ordinamenta communis prefati
modum formam et exigentiam.

Inprimis quidem quod presens congregatio et adunantia generalis consilii artium et ar-
tificum Civitatis Perusii. prout et quemadmodum et sub illa forma sub qua
bayrita et procomgata (?) sunt potuerit bayriri et procomgari etc.

Item quod dudum per conservatores monete nunc in offitio presidentes antequam ingre-
derentur offitium etc.

Item quod pro validatione et roboratione capitulorum editorum per viginti sapientes ad
hoc perpetuo habeant roboris firmitatem. validentur per consilium generale
artium et artificum Civitatis Perusii. In dicto consilio prefati domini priores et Camerarii arti-
ficum artium Civitatis Perusii in sufficienti numero congregati et coadunati. una-
nimiter et concorditer. facto prius inter eos diligenti scruptinio et partito et obtempto
solempniter secundum statutorum formam. uno voto et uniformi concordia. providerunt
ordinaverunt et reformaverunt. quod ipsa capitula per ipsos viginti prudentes. quos prius habita
et composita sunt rata et firma et perpetuam obtineant roboris firmitatem in
omnibus et per omnia et in qualibet parte ipsorum. auctoritate presentis adunantie.

In nomine domini amen. Anno domini a nativitate millesimo ccc°lxxvii. Indictione xv. tempore domini Gregorii pape xi. die martis xxi. mensis aprilis.

Nobiles et prudentes viri.

Dominus Albertus Nini Ser Guido domini Alexandrini Gualfredus magistri Angeli Allevinus Angeli	porte sancti Petri
Andreas Cellini Angelus Andree Johannes Nini et Paulutius Venti	porte Solis
Franciscus domini Berardi Empolinus Luce Johannes Nicolay Symon Johannis	porte sancte Susanne
Rolinus domini Henrici Ventura Gualterii Nicolaus Emerii Magister Angelus Nini	porte sancti Angeli
Paulus Symonis Bartolomeus Lemmi Mattheus Nicolai Herculanus Francisci	porte Solis

Boni homines et offitiales communis Perusii positi, electi et deputati per dominos priores et camerarios artium Civitatis Perusii ad providendum ordinandum declarandum et reformandum unde et quod pecunia veniat in commune, qualiter et quibus modis ordinarii redditus et introitus communis possint augeri et aumentari et perduci usque in quantitatem centum milium florenorum auri, et ab inde supra, ac etiam ordinandi declarandi providendi et reformandi et supra minuendis cassandis modificandis, et ad debitum modum reste nandis omnibus quibuscumque expensis salariis offitialium et familiorum et aliis singulis et universis expensis communis Perusii secundum formam et arbitrium eis concessum per reformationem et ordinamentum factum per prim dominorum priorum et camerariorum artium artificum Civitatis Perusii de qua reformatione et ordinamento ac predictorum offitialium electione plenius patet manu ser Vannis Pauli dicti Perusii notarii, et tunc notarii dominorum priorum artium Civitatis Perusii, existentes in domibus olim Francisci Bo domini etc.

Imprimis providerunt ordinaverunt et reformaverunt quod per prefatos dominos priores et camerarios etc.

1o.k.le qvo a sett Ani 1377 11. Apri fol 113. Reg.

Item p̃dicti offitiales ad p̃videndum unde pecunia veniat i(n) co(mun)e ut
sup(ra) respicientes . solum p(ublicam) utilitatem . Et volentes gravare
cives (et) comitatenses qua minus possit / om(n)es (con)corditer ut supra /
c. lxxiii ordinaverunt statuerunt et reformaverunt / ac decreverunt / q(uod) om(ne)s
introitus (et) redditus co(mun)is p(er)usii / p(er) (con)servatores massarios collectores
Quod fiat cecha et omnes introitus co(mun)is fiat et exigatur i(n) flor(enis) et om(ne)s exitus fiat i(n) monetis
collectarum (et) gabellarum / que colliguntur et exiguntur p(er) co(mun)e . p(er)
quoscumque alios offitiales / ad quorum manus p(er)venerint aliqua qua(n)
titas pecunie d(ic)ti co(mun)is / debeant colligi i(n) florenis auri . ubicumque
et quandocumque solui debet q(ua)ntitas . a quinquaginta lib(ris) sup(ra) / Et
omnes gabelle / et introitus d(ic)ti co(mun)is qui venduntur p(er) aliquos
offitiales co(mun)is p(er)usii . debeant vendi . hoc pacto . v(idelicet) . q(uod) solutio
fiat i(n) florenis tantum /

Item ordinaverunt (et) reformaverunt . p(ro) utilitate (et) lucro d(ic)ti co(mun)is p(er)usii . q(uod)
c. lxx totus exitus . et om(ne)s expense . vel salaria offitialium d(ic)ti co(mun)is sol
Qualiter fiat solutio offitialibus i(n) bolognenis
vatur et expendatur i(n) moneta tantum . ad rationem . xxxii . bo
longninorum . p(ro) quolibet flor(eno) . auri / Qui debent spendi vel dari
aliis creditoribus d(ic)ti co(mun)is . ex quacumque c(aus)a . salvis (et) exceptatis
salariis offitialium forensium / qui medietatem salarii debeant
habere i(n) florenis / et alia medietatem i(n) moneta . modo p(re)d(ic)to
v(idelicet) . xxxii . bolognnorum . p(ro) quolibet flor(eno) /



Item quia publicam utilitate p(er)tinet hic copia monete / Et ad
hoc ut dictum co(mun)e possit solvere omnem expensam (et) debitum d(ic)ti co(mun)is
quod moneta . ut est sup(er)ius (con)stitutum / p(ro)viderunt ord(inaverunt) (et) reformaverunt
c. lxxi arbitrio (et) auctoritate p(re)d(ic)tis / q(uod) fiat cecha (et) cudatur moneta in
q(uod) fiat cecha et qualis moneta fabricatur .
bolognninis (et) acontanis tantum / i(n) eo pondere et liga vel meliori
quibus facta fuit d(ic)ta cursio monete temporibus retroactis p(er) offitiales
quibus facta fuit d(ic)ta cursio monete temporibus retroactis p(er) offitiales
cecche / Et etiam q(uod) cudantur (et) fabricentur tot picciolli . seu nummi
p(er)usini / Qui ascendat ad q(ua)ntitatem . duorum milium . flor(enorum) . i(n) ano
p(ri)mi / Qui asscendat ad q(ua)ntitatem . duorum milium . flor(enorum) . i(n) ano
et no(n) ultra . Et fiat d(ic)ti picciolli . seu nummi p(er)u(si)ni i(n) qua meliori
liga et maiori pondere fieri possit / Ita q(uod) co(mun)e modicu(m) lucretur
vel saltem no(n) possit s(ib)i i(n) dapno . ex d(ic)ta c(aus)a . Que cecha . fieri
debeat . p(er) co(mun)e nec debeant / v(idelicet) . ordinari et constitui p(er) duos
bonos et ydoneos viros p(er)usinos / ad hoc sp(eci)aliter deputados p(er)
ipsos duos priores et cam(erarios) . artium civitatis p(er)usii . in palatio . q(uod)
d(omi)nis dictis p(ri)oribus (et) cam(erariis) . videbitur (et) placebit / Non obstante aliquo
ordinamento . seu reformatione q(ue) i(n) (con)trarium loqueretur . sup(er) salariis
offitialium civium / Et p(re)d(ic)ti offitiales . sup(er) cecha . eligendi . ut d(icitu)r habeat
arbitrium (et) bailia adducendi in salariis opportunis . quoscumque op(er)arios
necessarios (et) opportunos p(ro) d(ic)ta cecha . d(e) et de pecunia d(ic)ti co(mun)is possit
conducere domum et emere (et) fabricari (con)dita artifitia et arnensia ne
cessaria p(ro) d(ic)ta cecha fienda modo p(re)d(ic)to /

Al nome de dio amen anno Mcccclxxvj adì vij del mese dagosto
encomença lanno de la gabella de le banche

Contiosia cosa che le piaççe strade e vie sieno del comuno de perosia e le banche
e banchora se facciano su en quello del comuno

Vendase la comunança de le banche cauagliate o murate o banchora ficcate
de la cita borghe e sobborghe de perosia per tenpo de uno anno encomençando
dal dì de lo stabelimento e degiase pagare a quilla ragione che de sotto
se dechiarera e se alcuna de le sopradicte banche cauagliate o murate o ba
chora conficchate se leuasse duno luocho e ponesse se en laltro non sia te
nuto de pagare più che en uno luocho saluo se nolle facesse ma
iure che degiha pagare per quil più e deggiase mesurare dal mu
ro per fina a la astremeta de le banche o bancora conficchate sopradicte
per quante pigliassero de le piaççe strade e vie del comuno de perosia
e che veruna bancha o bancho non degga occupare la piaçça
strade o vie oltra la quantita de quattro piede e se più fosse paghe
doppia gabella per quillo tanto più e de quisto più sia tenuto de pa
gare quillo o quillo che cotagle che lauessero a pesone
Ancho paghe per le bancora non conficcate o quecunque altra cosa
e tale quagle se operasse en essa alcuna arte o fosse ad uso dal
cuna merchantia per la maiure parte del anno e quisto non se ente
da per lo dì del merchato ne per banchette piccholgle de uno piede
ne per le banchora dei tauernare e dei sopradecte banchora o altre
cose non se deggiha pagare se no de mese en mese se tenute ce fosse
ro colo dicto mestiere o pure. Entendase la piaçça començando
da capo de la piaçça contra la piaççuola che fo de nate ale case e
che fuoro de messere bandino per fina en cembocho de vicchoe
de francescho e da quillo encentro contra la casa che tenea m
athecio de gattapone per fina a sento ysidero e le case de Gui
glelmo de pietro contra quilla facia. Entendase tucta la pia
ççetta de santa maria del merchato e pagase per ciaschuno piede
cinque solde

Ancho se paghe per tucte en cembocche de piaçça e sopre muro
e per tucto sopre muro per fina a larcho de meçço del borgo de

santo pietro contra la decta strada o via e ancho per l'altra strada
de piere de la piaggia che va en porta sancto pietro per fina la dua
strongrogne l'altra sopradecta via e ancho da piere de la pia
ggia per la strada del borgne per fina a sancto stephano e dala pia
ggia per fino a casa de messer Vanuccio per la strada de porta
sancta subx e contra la strada de por sancto angnolo per fina tu
cta la piaggiola del borgho e per tucte quiste luocora sia te
nuto de pagare per ciaschuno piede tre soldi

Ancho per tucte l'altre strade o vie de la citta de borghe e de soborghe
che per ciaschuno piede doie soldi

E anco che niuno artefice no sia gravato de la sopradecta gabella
sieno tenute de pagare quillo e cotagle de cuie fossero lecta
se ovaramente a more e quagle tenuereno la pesscione de quillo
del comuno per fino a quattro piede e da quillo en su sieno tenute
de pagare quigle che tenessero a pesscione e che i conperatore
de la decta gabella possa costrengnere quillo e cotagle che tenessero la
pesscione a pagare la decta gabella e'l pagamento che se facessero
sia aiuto per uffidanza e no possa essere costrecto da veruno
offitiale del comuno per quillo tanto che pagasse per quillo cotale
de cuie fosse le case ovaramente a more no obstante che fosse
ro obligate con carta o per qualunque altra obligatione che fo
sse tenuto o altre per lue. E anco che questa gabella s'entenda
pur sia lecito e possano i dicte conperatore tenere e i pengnora
re da quigle che fossero o seronno pengnorate per no pagare
la decta gabella altremente che sera dechiarato per lo bandemento

E che la decta gabella se degga pagare a i dicte conperatore
de le sopradecte bam che en fra uno mese e i dicte conperatore
sieno tenute e deggano pagare al comuno la mita en fra
doie mese e l'altra mita en fra sere mese da i di de lo stabili
mento de la decta gabella. E chi no pagasse fin al decto termene
pagghe doie soldi per livera de secutione e done offitiale
del comuno se deggha fare la execuntione a petitione

dei dicti conparatori. E i sopradicti conparatori sieno tenuti de
quillo bandire e notificare co doie trombe per la piaza e per le
borghe e sobborghe e en ciaschuna porta

E quisto non sentenda en veruna casa o camora del comuno de
Perosia salvo che niuna bancha o bancho passi la mesura per lo
largo IIII piei che daglo ensu deggha pagare quello o quiglie
cotagle che le tenessero a pisione ala sopradicta ragione come dicto
e de sopre

E che i dicti sopradicti conparatore non deggano ne possano tolglere
per m denaro per assengna ne per mesura ne per niuna altra cosa
se no como e dechiarato de sopre e che se deggha tolglere el fiorino
per quillo che varrà al peso del comuno quando se pesarà el pagamen-
to e deggiallo retenere da tre dì en su. E dali engin deggano
tolglere moneta senza pregioglie e senza veruno pegioramento
de moneta e de quista moneta deggano essi conparatore rendere
lavanzo a chi el devesse da loro retenere



Et Ego Blaxius condam Vanniti Bonelli de
Perusio porte Solis et parochie sancti Florentii imperiali auctoritate
notarius et nunc notarius et officialis camere Perusii et super dictis
ordinamentis predictis omnibus interfui et ut supra legitur
rogatus ea in me subscripsi et publicavi.

Que omnia et singula ordinamenta et capitula suprascripta Ego
Blaxius notarius predictus dedi et assignavi coram
Massariis camere Perusii et camerario massariorum in
anno domini MCCCLXXVII. xv. Indictione tempore domini Gregorii pape
xj. die tertia mensis septembris.

In nomine domini amen. Anno domini millesimo iiijc xxxvij indictione xv tempore domini Eugenii
pape iiij die xxiiij mensis septembris.
Cum per venerabiles offitiales collegii mercantie civitatis Perusii tunc temporis deputatos
super augendis introitibus collegii predicti nec non super reformandis, modificandis
expensis extraordinariis et dicti collegii fuerint condita, edita, et reformata certa
ordinamenta et provisiones de quibus latius patet manu mei Jacobi quondam
Lamberti dicti collegii notarii. Et demum confirmata et approbata per generalem adu-
nantiam generalem artium et artificum civitatis Perusii ut de dicta adunantia et a-
probatione et confirmatione latius patet manu ser Blaxii Benincase dicti collegii
notarii dominorum priorum artium civitatis Perusii. Que ordinamenta et provisiones
dicti xii offitiales per brevitatem temporis et dictorum ordinamentorum festinantiam
non potuerunt in omnibus providere et ea declarare sic decuit. Propter quod
dicta ordinamenta egent certis declarationibus et interpretationibus. Et ad hoc ut
ipsa ordinamenta que sunt valde salutifera pro dicto collegio perpetuo habeant robur
firmitatem et dictum actum providi et discreti viri

Simon Ceccholi porte sancti Petri
Suppolinus Lice porte sancte Subxanne
Lodovichus Guidaricti porte sancti Angeli
Gratianus Gerolimi porte Heburnee
Bartolomeus Vanes porte Solis
Mariinus Vanis porte sancte Subxanne

boni homines et offitiales dicti collegii
electi per dominos priores artium dicte
civitatis vigore remissionis
seu commissionis eis facte per generalem
adunantiam artium et artificum civitatis
predicte et cum offitium deputatum ad in-

terpretandum, corrigendum, mutandum, cassandum et in melius reformandum predicta
ordinamenta et provisiones facta per dictos xii offitiales ut supra deputatos existentes
collegialiter coadunati in sala superiori palatii habitationis dominorum priorum
artium civitatis Perusii. Visis supradictis lectis et examinatis dictis ordinamentis
provisionibus et aliis reformationibus dictorum xii offitialium creatis et de verbo ad verbum
super eis diligentia servata necnon attendentes nemine ipsorum discrepante
et omni modo arbitrio et baylia eis in hac parte per generalem adunantiam
artium et artificum civitatis Perusii concessis et atributis et omni via modo et forma
quibus melius potuerunt dicta ordinamenta dictorum xii offitialium corrigerunt
declaraverunt interpretaverunt ac etiam in melius reformaverunt prout
sicut inferius continetur et scriptum est videlicet.

c. lxviij

Quod massarii teneant portare balotinum et expensis per eum de pecunia communis et ... protulatoriis ad portas

Inprimis providerunt ordinaverunt et reformaverunt auctoritate et arbitrio
dictis sibi ingerendo quoddam capitulo dictorum ordinamentorum quod loquitur
in capitulo inprimis cum offitium dictorum etc.
Quod massarii dicti collegii qui pro tempore erunt teneantur et debeant omnes quantitates
pecuniarum et fidem per eos debitas dominis prioribus artium civitatis Perusii et eorum
notario pro eorum et eorum notarii et famulorum victu et expensis et prebendis

in statutis comunis perusii et capitulo dicto dare, solvere bono homini officiali
deputato sive deputando super expensis dominorum priorum, eorum notarii, famuli
pro quolibet prioratu in quatuor diebus vel quatuor solutionibus vel paga
mentis tantum et plus, videlicet quartam partem totius quantitatis eisdem debite
ut dictum est per sex dies ante initium officii cuiuslibet prioratus et alia
quartam partem infra quindecim dies post introitum primi mensis cuiuslibet
prioratus officii. Et sic successive de quindecim diebus in quindecim dies
solvere debeat sub pena C librarum denariorum pro quolibet dictorum massariorum si in dictis terminis
dictas quantitates dicto officiali non solverint ut predicitur, eisdem auferenda
per maiorem sindicum comunis perusii de facto, constante dicto officiali deputato
vel deputando super expensis victu dictorum dominorum priorum, pena dicto maiori sindico
si in predictis negligens fuerit C librarum denariorum pro qualibet vice eidem auferenda per ipsos
sindicatores tempore sui sindicatus. Et de predictis expensis debeat sindicari et
stare, quod dicitur vacchetta dicti officialis super expensis dominorum priorum [illegible]
prestatore per eum facta massariis dicti comunis et solvere [illegible] non [illegible]
[illegible] per massarios dicti comunis.

c. lxxvii

Quod massarii solvant salarium dominorum priorum ante et cetera [illegible] vel retinere gabellam

Item providerunt, ordinaverunt et reformaverunt addendo capitulo sive ordi
namento facto per dictos [illegible] officii loquenti de salario dominorum priorum ac etiam
capitulo loquenti de salario camerarii artium civitatis perusii:
In nomine domini amen. Anno domini millesimo iii^c lxxxvi indictione viiii tempore domini Urbani
pape sexti die xviii mensis Ianuarii. Consilio dominorum priorum artium Civitatis
Pisarum. Consulum mercatorum auditorum cambii camere calzolariorum ceterorumque comunis
Pisarum. Consulum Civitatis Pisarum in audientia palatii habitationis et residentie dictorum
aliarum artium Civitatis Pisarum in audientia palatii habitationis et residentie dictorum
dominorum priorum de mandato nobilis militis domini Rayneri de Pisis honorabilis Capitanei
Civitatis et populi Pisarum et dominorum priorum ad sonum campane et tubarum vocemque
preconis more solito convocato et congregato. In quo interfuerunt dicti domini priores
omnes decem presentes et concordia et etiam numero xxxvi. Supradicti itaque domini
priores existentes una cum dictis camerariis ad consilium congregati et dicti etiam
una cum dictis dominis prioribus volentes circa infrascripta intendere diligenter deli-
beratione primo die precedenti inter dictos dominos priores omnibus et singulis infrascriptis
separatim et distincte et exibitis consiliis et distincte super et de novo quoque
misso et obtempto partito tam inter dictos dominos priores quam inter dominos priores
et etiam ad bussolam et fabas albas et nigras secundum exigentiam statuti et
ordinamenti comunis Pisarum ex omnibus auctoritatibus potestatibus arbitriis et bayliis concessis et
attributis dictis dominis prioribus et etiam aliorum Pisarum mixtim vel divisim super uni-
one et concordia civium comitatensium et districtualium Civitatis Pisarum et
super prosequendis erroribus et inconvenientiis quibuscumque in patria emergentibus
et super conservatione boni liberi pacifici et tranquilli status populi Civitatis Pisarum
et super persequutione rebellium et proditorum comunis Pisarum et adhoc ut ius et
iustitia exerceatur et fiat et ex omni auctoritate arbitrio et potestate dictis dominis prioribus
et etiam ab adunantia generali concessis super expendenda pecunia comunis Pisarum
et omni modo via iure et forma quibus melius et efficacius potuerunt
providerunt statuerunt ordinaverunt et reformaverunt omnia et singula infrascripta et quolibet ipsorum
videlicet

Imprimis cum oporteat honorare et cetera

Item cum in curia predicta videlicet dominorum potestatis et capitanei et maioris sindici
et iudicis iustitie et dampnorum datorum Civitatis Pisarum pro defectum nuptiorum
et iudicis iustitie existente in curiis antedictis, non possit fieri tam in civilibus
seu bayli non existente in curiis antedictis, non possit fieri tam in civilibus
quam in criminalibus exequutiones et exactiones ita pro comuni quam singularibus personis fieri
non possint ex quo maxima resultat incomoditas in comuni predicto et propterea sit dili-
genti consilio attendendum ita per presenti quam etiam per futuro ut curie dictorum officialium continue
eorum possint habere et habeant numerum dictorum bayli eis obsequentium in officio eorumdem
supradicti domini priores et etiam et exibitis consiliis et obtempto partito ita inter dictos
dominos priores existentes ut dictum ad consilium congregati deliberatione habita die videlicet
precedenti inter dictos dominos priores et hodie die sequente inter dictos dominos priores
et etiam et exibitis consiliis et obtempto partito tam inter dictos dominos priores
ad bussolam et fabas albas et nigras pro omnes concordia et per xxxvi etiam una
faba nigra in contrarium reperta non obstante ex omnibus arbitriis et supradictis providerunt
ordinaverunt et reformaverunt quod domini priores artium Civitatis Pisarum presentes et qui pro tempore
fuerint in futurum possint teneantur et debeant et eis liceat eligere et
nominare ac etiam assignare curiis dictorum potestatis capitanei et iudicis iustitie pro
bayli et nuptiis per qualibet dictarum curiarum usque in numerum sex illos videlicet quos aptos

ꝯgnoverit adhoc ut quolibz dcoꝝ curiaꝝ possit utilr suu offitiu exercere et
ꝙ quilibz dcoꝝ baꝝ sic eligendoꝝ teneatur ꝛ debeat adhoc ut discernatr
manifestissime ferre birretum rubeum cum grassomo albo in capite scdm for
mam statuti ꝯmis Pis et ꝙ habeant ꝛ hre debeant p suo salario mense quolibz libras
quinque den Pis solvendoꝝ p mass ꝯmis Pis de mense i mense vesa soluz eius
electis et habita fide ꝙ birretum ferat absqz aliquo alio pcepto vl mandato
sub pen. c. lbr den pquolz mass et vice qualibz p maiorem sindicuz ꝛ quecuqz
alium offitialem civitatis Pis de facto auferenda cuiusqz dcoꝝ baꝝ Et ꝙ de pdca
solutione que fieret dcis baꝝ p dcos mass dci massarii nullatenus possint
p aliquem offitialem ꝯmis Pis molestari nec sindicari Et adhoc ut dcis
baꝝ debite satisfiat et reddantur animosiores ad eoꝝ offitiu exercendum
voluerunt et decreverunt ꝙ quilibz dcoꝝ offitialium possit ꝛ sibi liceat de facto
ꝯpellere mass pntes ꝛ qui p tpe fuerint ad instantiam cuiusqz baꝝ ad satisfa-
ciendū cuilibz baꝝ de salario supdco mense quolibz de eius quantitate qua quilibz
dcoꝝ offitialium ꝯdepnate vl alia quacuqz de ca venire fecerint in
cameꝝ massarioꝝ ꝯmis quomodocuqz ꝛ qualitercuqz Et ꝙ occe talis ~~depositoris~~ depositoris
seu ꝯhortationis ꝯtra mass faciend occe pdcoꝝ no possit ullo umqꝫ tpre
quolibz sindicari vel molestari aliqua ratione vel ca quomodocuqz ꝛ qualitercuqz
Et pdca oia ꝛ singula ꝛ qdlibz eoꝝ voluerunt ꝛ providerunt ac etiaz manda-
verunt ꝛ mandant ꝯpetentuz observari Et ꝙ in omni quo pdci dni priores
pntes ꝛ qui pro tpre fuerint vellent p alios talem seu tales electos fieri
possint in illum seu alios ꝯmittere facere ad placitu ipoꝝ Et ꝙ quecuqz
pdcos dnos priores seu p illos in quos vel quem ꝯmisum fuerit
electa electio talium in p priores seu baꝝ valeat ꝛ teneat pleno iure et executioni
et observari debeat ꝛ possit cum effectu in omnibz ꝛ quo ad oia supradicta
ac si factum seu electi essent p pntes dnos priores et cam Non obstante
quibuscumqz aliis statuti ordinum vl reformatte dci ꝯmis de electione seu salario
dcoꝝ baꝝ disponent ꝛ ꝯtrarium vel aliter quoquo mo vel aliis quibuscuqz
Et non obstantibus quibuscuqz ordinum eam mass ꝛ ꝯtrarium loquentibus quoquo
mo quibz quo ad pdca derogaverunt expresse aliquo no obstantibus

Die xxvj mensis Januarii supradci dni priores dictum omnes decrez Pis ꝛ ꝯcordia
existentes in capella palatii eoꝝ solito residen ex omni auctoritate arbitrio potestate
et baꝝ ꝯcess ꝛ attributis eisdem a ꝯsilio dnoꝝ prioꝝ et cam dictum civitate
Pis de ~~qulo~~ pz reformatione man ser Jacobi notarii ipsius Et oi via iure
modo et forma quibz efficatius potuerunt elegerunt vocaverunt ꝛ nominaverunt
in baꝝ ꝛ p baꝝ ꝯmis Pis ad serviendum in curia maioris sindici ꝛ iudicis
iustitie civitatis Pis pnte ꝛ future in civilibz ꝛ criminalibz scdm formam
statuti ꝯmis Pis

c Petrutiu Saxi | Chiarcholum Magioli | omnes de populo
c Iohanem Raynaldi | · Chiarutium Cerchariny |
c Bartholum Cabij | Antium Chimorme |

Item elegerunt nominaverunt ꝛ nominaverunt in baꝝ ꝛ p baꝝ ꝯmis Pis ad serviendum
in curia dni potestatis cap ppli civitate Pis pnte ꝛ future in civilibz ꝛ criminalibz
scdm formam statuti ꝯmis Pis

c Martinu Cerchi | · Bonisegna Francisci
· c Ninuz Ciari | Cecchum Bernardi

Item elegerunt nominaverunt ꝛ nominaverunt in baꝝ ꝛ p baꝝ ꝯmis Pis ad serviend
in curia dni potestatis civitatis Pis pnte ꝛ fute in civilibz ꝛ criminalibus
scdm formam statuti ꝯmis Pis

c Silviuz Ribey ꝛ | · Nardum Telli ·

Qui baꝝ ꝛ quilibet ipoꝝ ꝯstitute coram dcis dnis prioribz Juraverunt ad
sca dei evangelia corporaliter tactis scripturis eoꝝ offitiu facere ꝛ exercere
bona fide ꝛ legaliter ꝛ solicite ferre ꝛ birreta cum signo grassomo potestatis
scdm formam statuti ꝯmis Pis Et oia alia facere gerere ꝛ exercere ad
que tenentur scdm formam statuti pdcoꝝ

Item reperitur in quodam libro existenti in dicta cancellaria subscripto et publicato manu
ser Martini Francischini sub millesimo iii^c lxxxvii reperitur sic videlicet

Die quarta augusti. Consilio dominorum priorum et camerariorum artium Civitatis Perusii de
mandato nobilis militis domini Alfeurani de Anselminis de Padua honorabilis Capitanei
populi perusini ad sonum campane et tubarum vocemque preconis in audientia palatii residentie
dictorum dominorum priorum more solito convocato. In quo interfuerunt dicti domini priores
numero novem absque Figutio Cecharelli eorum collega et camerarii numero xxxvi. Ipsi domini
priores una cum dictis camerariis et dicti camerarii una cum dictis dominis prioribus existentes
in dicta audientia ad consilium congregati, volentes circha ipsa utiliter providere deliberatione
primo omnibus et singulis ipsis et quolibet ipsorum inter dictos dominos priores et camerarios
et exhibitis consiliis die precedenti et hodie inter dictos dominos priores et camerarios et
exhibitis consiliis et obtempto partito per tres de levando ad sedendum et per tres ad bussolam
et fabas albas et nigras secundum exigentiam statuti et ordinamentorum comunis Perusii ex omnibus
arbitriis potestatibus et bailia concessis et attributis dictis dominis prioribus et camerariis ab adunan-
tia generali artium et artificum civitatis Perusii de qua constat manu mei notarii
ipsi maxime super habundantia facienda et nutrienda in Civitate et comitatu
Perusii et unde et quo habeatur et veniat pecunia in comuni pro dicta habundantia
facienda et pro aliis opportunitatibus dicti comunis et maxime in custodia conservatione
et super regulatione et ordinatione introytuum et exituum dicti comunis et super cassatione
et remotione condepnationum et processuum omnium et contumaciarum Perusii civium et comitatinorum
aliorum et omni via iure modo et forma quibus efficacius potuerunt providerunt statuerunt
ordinaverunt et reformaverunt omnia et singula ipsa et quodlibet eorum videlicet

Imprimis cum predicte sint ordinatum et cetera

Item cum officiales et rectores civitatis Perusii querelas exponant assidue quod
eorum nequeunt officium exercere nec executiones facere ut tenentur propter defectum
baiulorum quos habere non possunt et quod propter parvitatem salarii illi qui ne serviunt
servire recusant et sic curie remanebunt tali servitio destitute ~~et etiam ut~~
~~executiones~~ Et cum pro habenda pecunia in comuni opporteat circha talia providere
tam pro presenti quam etiam pro futuro et etiam ut executiones in civilibus et criminalibus
et aliis opportunitatibus officialium fieri possint per assistentiam necessariam
baiulorum. Supradicti itaque domini priores et camerarii existentes ut supra ad consilium
congregati deliberatione habita et exhibitis consiliis et obtempto partito ad bussolam
et fabas albas et nigras non obstantibus duabus fabis in contrarium repertis
nigris ex omnibus arbitriis supradictis ab adunantia ~~generali concessis~~ supradicta
concessis. providerunt statuerunt ordinaverunt et reformaverunt. Quod presentes domini
priores et camerarii artium Civitatis Perusii et alii etiam in futurum quotiens opus fuerit
habeant et habere intelligantur plenissimum liberum et generale arbitrium potestatem
et bailiam quod et quam habent presentes domini priores et camerarii ab adunantia supradicta eligendi
et nominandi in eo numero et quantitate et de Civitate vel comitatu vel aliunde illos baiulos
quos cognoverint fore necessarios circha officia rectorum Civitatis Perusii tam presentium
quam futurorum vel nominandi seu deputandi illa castra loca vel villas comitatus Perusii
ad consignandum et dandum baiulos rectoribus dicte Civitatis in eo numero et
eo modo et forma prout utilius videbitur expedire vel alio modo providendi et
ordinandi unde et quomodo haberi et eligi possint tales baiuli prout eorum discretio
iudicabit. Et ipsis baiulis eligendis salaria decernendi et declarandi dummodo
tamen salarium alicuius baiuli excedere non possit vel debeat per mensem quolibet
summam duorum florenorum modo aliquo seu forma. Et circha talem declarationem et
pagamentum faciendum cuilibet de tali salario omnia providendi et singula providendi
mandandi et faciendi que cognoverint opportuna Ita tamen quod nullus baiulus salarium
consequi possit vel debeat nisi ferat birretum vel capucium distoptium
ad insignia griffonis et arma comunis ut evidentissime discernantur qui sint
baiuli ut est opus. Et quod quidquid per dictos dominos priores tam presentes quam illos
qui pro tempore fuerint in predictis circha ea vel aliquod eorum seu dependentium ab eisdem
vel aliquo ipsorum fuerit provisum ordinatum seu mandatum vel declaratum
sit valeat et teneat pleno iure. Et exequi et observari possit et debeat ac
si factum esset per presentes dominos priores et camerarios et presens consilium. Non obstantibus
quibuscumque legibus statutis ordinamentis vel reformationibus dicti comunis contrarium
disponentibus quoquo modo. Quibus quo
ad predicta derogaverunt expresse aliquo non obstante

Die xxvi Augusti

Convenientes ad invicem in audientia palatii residentie decorum dominorum priorum
magnifici domini domini priores artium civitatis Perusii nunc octo absque Jacobo Cotis
et Ulixe Nicolai eorum sotiis et collegis. Volentes circha infrascripta utiliter providere
vigore opportunitatis mei notarii facti per consilia dominorum priorum et camerariorum artium civitatis
ut supra stat manu mei notarii infrascripta deliberatione habita inter eos et obtenta partito
ut supra stat et fabas albas et nigras sup et de unoquoque ipsorum secundum formam
adbussolam et ordinamenti comunis Perusii ex omnibus arbitriis eis concessis a dictis dominis prioribus
statutis et ordinamentis et camerariis arbitrium habentibus ab adimanentia generali artium et artificum civitatis Perusii
declarando providerunt statuerunt ordinaverunt et reformaverunt omnia et singula infrascripta
et quodlibet ipsorum videlicet

Baiuli

Imprimis quod domini priores artium civitatis Perusii qui pro tempore fuerint omni vice
possint et eis liceat pro necessitate comunis eligere et deputare pro baiulis et baiuliis
comunis Perusii illos et de illo loco et eo modo et forma prout et quemadmodum
eis videbitur opportunum. Et de hiis deputatis facere illos offitiales et cetera prout convenerint
expedire. Et quod circha talem electionem et nominationem et ubi in quo eligi et hii compelli
possint et debeant possint omnia et singula providere ordinare et mandare que
circha talia convenerint quolibet faciendo. Et quod ipsi baiuli et quod ipsi baiuli
quos nunc eligerunt ad offitium baiulorum et omnes alii qui in posterum per dominos priores
artium dicte civitatis pro tempore existentes quolibet eligentur in baiulos et offitium
acceptabunt habent hii possint et debeant pro eorum salario et mercede pro tempore quo
fuerint circha offitium duos florenos cum pro quolibet in mense quolibet a camerariis massariorum
dicti comunis dum tamen ferat caputeum vel birretum cum armis et insignibus patentibus
griffonis. Et qui non tulerit manifeste talia insignia ut ab aliis discernantur
salarium predictum nullatenus consequatur nec consequi debeat quoquo modo. Et
quod adhoc ut de eorum salario persolvatur quod fuerint in fine debeat in satisfactione
pecunie forsan ordinis duduz editi de quo constat manu magistri Jacobi ser Butii notarii deputatis
pro adeputatis et alia in dicto ordinamento contentis. Excepto quod habent ut dictos duos
florenos in mense quolibet non obstante quod ibidem disponatur de quinque libris. Mandantes
exinde massario comunis Perusii quatenus ipsis baiulis et aliis ut dictum eligendis. Visso dumtaxat
taxat presenti ordinamento et electione eorum eligendis in posterum absque alio ordinamento ut mandato
dent et solvant et dare et solvere teneantur et debeant duos florenos pro quolibet et
mense quolibet pro eorum salario prout ut supra est expressum sub pena in ad penam in ordinamento
de quo constat manu dicti ser Jacobi ser Butii est expressum. Non obstante quibuscumque
statutis ordinamentis seu reformationibus dicti comunis contrarium disponentibus quoquo modo quibus
quo ad predicta derogaverunt expresse. Nomina baiulorum sunt hec videlicet

- Blaxius Bangnoli porte sancti Angeli
- Dominicutius Petri porte et parrochie sancti Petri
- Ugolinus Maritus Aldutie de Eugubio habitator in porta sancti Angeli
- Paulus Johannis porte ~~[illegible]~~ sancte Subxanne et parrochie sancti Florenzi

Ego Lodovicus Jacobutii de Reate cancellarius comunis Perusii ad fidem me subscripsi.

69v

178
170

In nomine domini amen. Infrascripta sunt que reperiuntur in Cancellaria
libro cartarum pecudinarum scripto et subscripto de corio ligato subscripto et publicato
manu ser Petri ser Bonifatii notarii de Perusio repperiuntur ista sub anno domini
millesimo iiij° ... die septimo mensis Octubris

Consilio dominorum priorum et camerariorum artium civitatis Perusii de mandato nobilis et potentis
militis domini Nicolay de Pisis honorabilis capitanei dicte civitatis Perusii ad sonum campane
et tubarum vocemque preconis in audientia palatii eorum solite residentie collegialiter
congregato in quo quidem consilio interfuerunt infrascripti domini priores omnes decem et
dicti domini priores ad consilium existentes collegialiter congregati volentes circa infrascripta
ut expedit salubriter providere deliberatione prehabita inter dictos dominos priores
videlicet precedente et habita inter dictos dominos priores et camerarios et ...
et obtento partito ad bussulam et fabas albas et nigras secundum continentiam statutorum et
ordinamentorum comunis Perusii ex omnibus auctoritatibus potestatibus arbitriis et baliis dictis
dominis prioribus et camerariis concessis et attributis ... ut ...
et maxime ab adunantia generali artium et artificum civitatis Perusii de qua constat
manu ser Nicolay ser ... notarii de Perusio super adventu domini summi pontificis et
expensis propterea faciendis et ex omnibus auctoritatibus et arbitriis dictis dominis prioribus
et camerariis concessis et attributis ex forma statutorum dicti comunis super abundantia grani
in civitate et comitatu Perusii et super novis casibus occurrentibus non provisis ex forma statutorum
et ordinamentorum dicti comunis et ut iura et iustitia unicuique fiat et super persecutione
rebellium et proditorum comunis Perusii et ... super conservatione in statu bono libero pacifico
et tranquillo civitatis et comitatus Perusii et super expendenda pecunia secundum formam
regulationum dicti comunis et super conductione gentium armigerarum et unde et quomodo
habeatur et veniat pecunia in comuni et ex omnibus aliis et omni modo iure et forma quibus
melius potuerunt providerunt statuerunt ordinaverunt et reformaverunt omnia et
singula infrascripta et quolibet eorum videlicet.

Inprimis cum prout frater Johannes Nicolay officialis super bolletinis civitatis Perusii fuerit et sit
coram dictis dominis prioribus et camerariis quedam exhibita et porrecta petitio seu supplicatio
tenoris et continentie infrascripte videlicet: Supplicatur vobis magnificis dominis prioribus et camerariis
prout vester fidelissimus orator frater Johannes officialis super bollectinis quod cum
propter conditiones patrie ... que inprovisi ... status ... et emulos
et rebelles assidue agitantur sit solito vigilantius ad diligentem custodiam ...
... et ... ... sicut decet tam intra civitatem quam extra
et nequeat ipse cum uno socio aliqua ratione utiliter attendere tam propter dictam
rationem tam propter adventum domini summi pontificis et curie dignemini providere quod
ipse frater Johannes possit unum alium coadiutorem cum uno famulo tenere pro exercitio dicti
offitii cum salario consueto videlicet quinque florenorum inter ambos pro quolibet mense solvendorum
per massarios comunis temporibus et sub pena prout solvere debent eidem fratri Johanni de
suo salario vel aliter providere ut vestre magnificentie videbitur convenire ut
deus omnipotens feliciter statum vestrum. Supradicti itaque domini priores et camerarii
existentes ut supra ad consilium congregati volentes circa contenta in dicta supplicatione
utiliter providere considerantes continentiam in petitione predicta fratris de bone conditione

temporum decursu maxime circha computorum quod prefatus Johannes adivit offitium
exercendum deliberatione prehabita et obtenta ut supra consilio et obtento partito ad
bussulas et fabas albas et nigras, secundum formam statuti dicte comunis non obstante
quatuor fabis nigris in contrarium repertis, reformaverunt quod dictus prudens et
reformaverunt, quod prefatus frater Johannes offitialis super vollectiis dicti comunis
possit sibi liceat et etiam retinere unum computorem expertum et sibi credere circha exer-
citationem offitii ipsius cum illo salario tempore et termino prout dominis prioribus videbitur convenire
et quidem salarium prout declaratum fuerit per dominos priores tunc dicte civitatis
et idem solvi possit et debeat per dictum computorem retinendum per eum de mense in mensem et
eidem solvi possit et debeat per massarios dicti comunis sub pena et ad penam contenta in ordinamento edito super
massariis dicti comunis sub pena et ad penam contenta in ordinamento edito super
satisfactione salarii facienda dicto fratri Johanni. Et cum salario per massarios dicti comunis
satisfactione salarii facienda dicto fratri Johanni per massarios dicti comunis presentes et futuros quorum ad-
ministratio mandaverint et mandabunt massarii dicti comunis presentes et futuri quorum ad-
declarationem eorum et declarationem facienda per dictos dominos priores dicti massarii
possint teneantur et debeant de quacumque pecunia dicti comunis que pervenit seu perveniet
ad eorum manus dare et solvere dicto fratri Johanni pro salario dicti computoris predicto tempore
eorum quantitatem florenorum seu pecunie prout et sicut declaratum fuerit per dominos
priores modo aliquo seu forma. Decernentes quod quicquid per dictos dominos priores
factum et circha predicta declaratum seu provisum fuerit valeat teneat et execucioni
possit et debeat mandari ac si factum provisum declaratum et mandatum fuerit per presens
dominos priores et camerarios, et in presenti consilio. non obstantibus quibuscumque legibus statutis
ordinamentis reformationibus seu regulationibus dicti comunis et quacumque provisione vel alicui
eorum in genere vel in spetie disponentibus quocumque modo cum omnibus et singulis que ad
predicta derogaverint expresse aliquo non obstante

Die septimo dicti mensis octubris supradicti domini priores omnes decem presentes et concordantes
simul existentes in cappella palatii eorum solite residentie collegialiter congregati
volentes execucioni committere et eorum statutum circha declarationem salarii computoris fratris
Johannis offitialis super vollectiis ut supra constat de dicta commissione manu mei notarii
infrascripti deliberatione prehabita et obtento partito ad bussulas et fabas albas et
nigras secundum formam statuti et ordinamentorum dicti comunis declaraverunt quod salarium
computoris dicti fratris Johannis sit et esse debeat duorum florenorum auri cum dimidio
pro quolibet mense solvendorum eidem eo modo et forma prout supra in ordinamento predicto
continetur aliquo generali quod loquerentur in contrarium non obstante
Ego Lodovicus Jacobutii de Reate cancellarius comunis Perusii ad fidem me subscripsi:

In nomine domini amen. Infrascripta que reperiuntur in cancellaria comunis Perusii in cartis pecudinis scripto, sub copta pecudina ligato, in quodam libro scripto et publicato manu ser Benedicti Vecchi de Perusio porte Heburnee, sub anno domini MCCCLXXXVII, mense et die, infrascriptis, reperiuntur ita videlicet.

In nomine domini amen. Anno domini MCCCLXXXVII, indictione X, tempore domini Urbani pape sexti et die XXVIII mensis aprilis.

Consilio dominorum priorum artium civitatis Perusii, consulum mercatorum, auditorum cambii, camerariorum et aliorum camerariorum artium civitatis Perusii. De mandato nobilis et potentis militis domini Johannis marii domini Roberti de Camporinis de ... honorabilis potestatis civitatis Perusii et ipsorum dominorum priorum vocantis ad presens officio domini capitanei populi Perusii ad sonum campane et tubarum voce preconum in palatio ipsorum dominorum priorum ad cato congregato et coadunato, cui quidem consilio interfuerunt dicti domini priores omnes decem presentes et in concordia. Et camerarii artium numero XL presentes domini priores una cum dictis camerariis et dicti camerarii una cum dictis dominis prioribus existentes ad consilium congregati volentes circha infrascripta et quolibet ipsorum utilem ac salubrem providere deliberatione habita inter eos. Et misso primitus partito super ipsis omnibus et singulis inter dictos dominos priores ad bussolam et fabas albas et nigras et sollepniter obtentum per omnes dictos priores, et deinde inter dictos camerarios prout in fine particulariter apparebit, exibitis consiliis. Ex omnibus arbitriis potestatibus auctoritatibus et baliis eisdem quolibet concessis et atributis per formam quorumcumque quorumque statutorum et ordinamentorum comunis Perusii et maxime ex arbitrio et auctoritate dictis dominis prioribus et camerariis concessis et atributis ab adunantia generali artium et artificum civitatis Perusii de qua supra constat manu Benedicti notarii infrascripti et maxime super recuperatione castri Canarii detempti et occupati per inimicos comunis Perusii et super iustitia facienda et observanda in dicta civitate et comitatu Perusii et super auctoritatibus eisdem concessis vigore dicte adunantie generalis et quocumque allio modo vel causa. Et omni modo via iure et forma quibus melius potuerunt, providerunt, statuerunt et ordinaverunt et reformaverunt omnia et singula ita et qualibet ipsorum prout et sicut infra in fine per ordinem describitur videlicet.

Inprimis ad hoc ut sanctissimo in Christo patri et domino domino Urbano summa dei providentia pape sexto cum sue sanctitatis R. fratribus cardinalibus ac curialibus ceteris detur salubris materia in civitate Perusii cum romana curia residendi. Et ad hoc ut sub debita observatione iustitie Perusii civitatis se possit conservare et manutenere in statu libero pacifico et tranquillo. Et ut exulent mali mores et innocentia tuta existat ut quos dei timor non arcet et ad malum non revocat saltem coherceat rigor municipalium sanctionum. Cum presentem in generali adunantia artium et artificum civitatis Perusii celebrata de qua supra constat manu Benedicti notarii infrascripti inter cetera fuit sollepniter celebratum reformatum. Quod saluberrime provideretur ut ipsa civitas sub moderata iustitia gubernetur pariter et regatur. Et pro quanto bono vivere pace quiete vel salute rei publice ipsius sub freno et mensura iustitie reprimant ea propter supradicti domini priores et camerarii existentes ut supra ad consilium congregati volentes circha predicta et infrascripta utiliter providere et leges et statuta condere deliberatione prehabita et exibitis ut supra consiliis et obtemptis partitis per omnes dictos priores concordes et similiter per dictos omnes camerarios concordes ad bussulam et fabas albas et nigras nulla fabba nigra in contrarium reperta. Ex omnibus arbitriis ab adunantia supradicta concessis providerunt statuerunt ordinaverunt et reformaverunt omnia et singula infrascripta capitula que pro numero XII que pro ceteris legibus ac statutis preposito voluerunt observari et haberi et in statutis dicti comunis voluminibus inseri et describi. Et nichilominus exnunc pro appositis et descriptis haberi voluerunt et declaraverunt ac si apposita et descripta essent ac etiam providerunt et reformaverunt omnia alia et singula infrascripta videlicet.

Imprimis quod omnes et singuli curiales qui vere morantur vel in posterum morabuntur in civitate Perusii stantes in dicta civitate Romana curia habeant et tractentur in civilibus et criminalibus causis pro veris et originariis civibus et tamquam veri et originarii cives civitatis Perusii. Et offendentes eos vel aliquem eorum propterea puniantur et puniri debeant per potestatem et capitaneum et alios officiales communis Perusii prout et quemadmodum puniuntur et puniri deberent illi qui offenderent veros et originarios cives dicte civitatis Perusii. Et ne dubietas qui curiales dicantur in posterum oriri possit declaraverunt quod illi intelligantur esse curiales qui haberent aliquod officium in curia Romana. Et omnes prelati et clerici et sacris ordinibus constituti forenses, et ambaxiatores quicumque et similiter omnes familiares dictorum curialium prelatorum clericorum forensium et ambaxiatorum habitantes et morantes familiariter cum eisdem vel aliquo ipsorum

Item quod omnes et singuli officiales curiales clerici sint et esse intelligantur Romana curia residente in civitate Perusii audicta videlicet post finitum tempus pro uno gabella macinature et vendita immunes et exempti ab solutione pedagiorum seu pedagii et cuiuscumque gabelle seu communitatis communis Perusii prout et sicut placitum fuit domino summo pontifici ita quod prout per dominum summum pontificem declaratum extiterit ita execute declaraverunt observari debere quo ad predicta in omnibus et singulis cum effectu videlicet curialia exemptiones habendi

Item quod siquis offenderit aliquem civem vel comitatinum Perusii per se vel alium in quacumque parte mundi. Et postea talis offendens ad civitatem et comitatum Perusii se conferret, possit ei et in eum ius dici ac si talis offendens dictam personalem offensam fecisset in civitate vel comitatu Perusii dummodo non possit inicari processus contra predictum offendentem nisi ipso existente in civitate Perusii nec possit procedi ad capturam talis offendentis nisi fiat plena probatio coram officiali coram quo peteret dictum offendentem capi

Item quod si committeret cum aliquo genere armorum aliquod malleficium in platea civitatis Perusii ita quod sanguis exiret quod de tali maleficio non possit nec debeat fieri concordia et si fieret non valeat ullo modo, et talis malefactor possit libere et impune capi et duci et poni in fortia potestatis et capitanei civitatis Perusii vel alterius officialis

Item quod de maleficiis que in futurum committerent in aliquo locorum contentorum in capitulo decimo tertii libri statutorum communis Perusii sub rubrica de penitentie et armis usque ad § dicti capituli qui incipit, Si autem percusserit in aliqua ecclesia etc. Et etiam si committeret in aliqua alia ecclesia non possit nec debeat fieri concordia Et si fieret non valeat nec teneat ullo modo

Item quod siquis de cetero fuit exbapnitus et condempnatus communis Perusii pro aliquo malefitio vel delicto quod committeret in locis contentis in principio capituli statutorum contenti et declarati in proximo precedenti capitulo videlicet in principio capituli dicti statuti usque ad § dicti capituli qui incipit Si autem in aliqua via etc. nunquam possit aliquo modo rebapniri nec ad gratiam et benivolentiam communis Perusii admicti vel quolibet tempore vigore cuiuscumque statuti vel reformationis dicti communis Perusii disponentis de rebapnimento exbapnitorum in aliquo casu nec vigore cuiuscumque generalis arbitrii generalis adunantie vel alterius cuiuscumque consilii communis seu populi civitatis Perusii et quod concessum esset seu concederet in posterum sub quacumque exceptione verborum, nisi in generali adunantia facta fuit expressa mentio de nomine et pronomine talis exbapniti rebapniendi et in ipsa adunantia sub tali rebapnitione facta fuit mentio et provisio specialis C. Salvo et expresso reservato quod cuicumque exbapnito

et condempnatus dicti comunis interficeret et aut vivum in fortiam comunis Pistorii duceret seu consignaret aliquem rebellem comunis Pistorii quod sit et esse intelligatur exemptus et bandito ab omni condempnatione et bapno. Et quod eius condempnatio per officiales et notarios armarii cassari et cancellari possit et debeat facta fide de interfectione ductione seu consignatione talis rebellis. Et visis partis ordinis dum tamen liber licite et impune. Et non possit tamen talis exbapnitus et condempnatus sufficiens seu vivum ducens aut consignans rebellem ut dictum est rebapniri facere aliquem alium exbanditum et condempnatum seu exbanditum tantum vel condempnatum tantum dicti comunis modo aliquo seu forma sed solummodo rebapnitionis beneficium sibi et non alteri opitulet aut opitulari possit in aliquo tamen pretorum. Et si secus vel aliter contra formam continentorum in presenti capitulo fieret non valeat ipso iure. Et nichilominus quilibus contrafaciens incidat in penam mille librarum denariorum de facto sibi per maiorem sindicum auferendam.

Item quod committenti aliquod homicidium vel aliud delictum seu malleficium in persona alicuius, cum aliquo genere armorum cum sanguinis effusione in locis comprehensis in predicto precedenti capitulo dicti statuti vel in aliquo ipsorum ultra terminata per formam dicti statuti comprehensis. [illegible] debeat domus ipsius in civitate Pistorii vel eius comitatu et districtu funditus et radicitus disrrari et demoliri et si domum non haberet in civitate Pistorii, sed haberet possessiones in dicta civitate vel comitatu Pistorii possint et debeant destrui et devastari radicitus per quemlibet officialem comunis Pistorii iurisdictionem habentem de malleficiis cognoscendi infra octo dies a die commissi delicti, pena cuilibet officiali negligenti ad predicta mille librarum denariorum de suo salario retinenda cuius tempore sindicatus sui quo possit et debeat super tali sindicari penam similem auferendam per maiorem sindicum a sindicatoribus ipsius si in sindicando fuerint negligentes.

Item quod siquis de cetero committeret aliquod malleficium vel iniuriam faceret in personam vel contra personam alicuius officialis comunis forensis comunis Pistorii durante officio ipsius officialis seu post depositum eius officium per unum mensem vel aliquem de familia ipsius vel commiserit aliquem qui duceret occasione quacumque per familiam alicuius dictorum officialium comunis Pistorii de manibus familie predicte, vel aufugere fecerit vel dederit seu prestiterit auxilium vel favorem ad predicta vel aliquod predictorum puniatur et puniri debeat duplici pena qua puniri et condempnari deberet per formam statutorum comunis Pistorii et quod de predictis et quolibet predictorum non possit nec debeat ullo modo fieri concordia et si fieret non valeat nec teneat ullo modo.

Item ad tollendum ambiguitatem platee comunis Pistorii cum platea ipsa sit amplianda propter destructionem dudum factam de palatio existente in pede platee comunis Pistorii et etiam de ecclesia [illegible] et certis aliis domibus. Et etiam propter palatium novum comunis Pistorii incoeptum in capite dicte platee statuerunt et declaraverunt quod platea comunis Pistorii intelligatur et consistat a domibus olim Ubaldi domini Bandini et a palatio novo predicto quod incoeptum est edificari in capite dicte platee post ecclesiam sancti Laurentii usque ad ecclesiam Ysidori et domos olim domini [illegible] domini Petri et fratrum. Et domum olim Guilli Petri Guilli, et domum [illegible] Rebuttelli et via qualibet currente ad ipsam plateam ita quod passus sit quinque pedum ad pedem comunis Pistorii designatum in campanile sancti Laurentii

Item quod de omnibus et singulis robariis rapinis ablationibus et furtis que committerentur contra comune per civitatem burgos vel suburgos Pistorii debeat solum pena quadruplicata vel quod solum debeat per formam statutorum communis Pistorii et residuo cuilibet et quolibet ipsorum condempnari et puniri debeat unus quisque delinquens in penis quadruplicatis. Et quod de huiusmodi delictis aut aliquo ipsorum concordia fieri non possit nec debeat ullo modo aut admitti et si fieret non teneat ipso iure.

Item quod per dominos priores artium vel alios magistratus vel dominos potestatem capitaneum vel aliquem alium officialem communis Pistorii presentes vel futuros non possit nec debeat ullo modo vel quovis colore quesito dari seu concedi alicui salvus conductus licentia vel securitas alicui exbandito vel condempnato communis Pistorii presenti seu futuro, occasione quacumque quolibet veniendi ad civitatem vel burgos Pistorii seu standi vel morandi in civitate vel burgis predictis modo aliquo seu forma sub pena et ad penam mille librarum denariorum pro quolibet concedente et vice qualibet de facto auferendam per maiores sindicos, Et si officiales forenses sint de suo salario auferendam et retinendam tempore ipsorum sindicatus Et nichilominus talis salvus conductus securitas aut licentia non valeat nec teneat ullo modo Et quod de predictis omnibus quilibet predicta contrafaciens possit et debeat spetialiter sindicari per eius sindicatores sub dicta pena ab ipsis sindicatoribus seu sindicis ut supra compellentur auferenda.

Item quod portantes arma offendibilia tantum in platea seu per plateam communis Pistorii possint et debeant condempnari et puniri quadruplicata pena qua puniri et condempnari deberent per formam statutorum dicti communis Et portantes dicta arma per alia loca civitatis burgorum seu suburgorum Pistorii condempnari et puniri debeat pena dupli respective penarum contentarum in statutis communis Pistorii. Deferentes autem dicta arma ligata potestarie per plateam communis Pistorii eundo in comitatum Pistorii vel contratam seu redeundo de dicto comitatu vel contrata non possit nec debeat propterea in aliquo condempnari seu puniri

Item quod nullus civis vel comitatinus Pistoriensis qui esset conductus vel in posterum conduceretur quocumque modo ad stipendia vel provisionem communis Pistorii seu ad aliquod officium dicti communis et conductus vel electus seu conduceret vel eligeretur quolibet in futurum cum salario vel sine seu assumeretur vel quovis modo, aut assumptus esset, possit vel debeat vigore dicte conducte firme seu officii portare in civitate burgis vel suburgis Pistorii aliquod genus armorum offendibilium, Et portantes huiusmodi arma condempnentur et puniantur et puniri et condempnari possint et debeant pena determinata per formam statutorum communis Pistorii et presentium ordinamentorum Et quod etiam nullus qui emisset seu emeret in posterum aliqua comunantia seu gabellam seu bona, aut emolumentum aliud dicti communis Pistorii vel esset seu erit in posterum quolibet obligatus ad solutionem pretii talis comunantie, gabelle bonorum seu emolumenti vel aliquis alius virtute talis emptoris aut contractus inita, possit seu debeat quoquo modo per se vel per alium portare seu portari facere per civitatem burgos vel suburgos Pistorii aliqua arma offendibilia sub pena in dictis statutis et presentibus ordinamentis contentis non obstantibus aliquibus contractibus pactis seu conventionibus que vel quas nunc vel in futurum haberet cum communi Pistorii seu officialibus ipsius vel aliis qui in contrarium quomodolibet loquerentur quibus quo ad predicta sit et esse intelligatur expresse spetialiter derogatum Salvo et expresse reservato quod predicta non vendicent sibi locum in illis civibus seu comitatinis qui conducerent ad stipendium seu provisionem communis Pistorii quibus liceat in primo arma huiusmodi portare per dictam civitatem burgos vel suburgos illo die dumtaxat quo publica mostra fieret in platea communis Pistorii dum tamen predicta locum sibi non vendicent nec oppitulentur in aliquo aliquibus castellanis seu famulis eorum

Conductis seu conducendis per seu ad custodiam alicuius cassari, castri, fortellicii seu
bastite comunis Perusii aut sub ponte modo aliquo dicto comuni quibus castellanis et famulis
per ipsam civitatem burgos vel suburgos talia arma portare non liceat contra formam
presentium ordinamentorum

Item quod siquis inventus fuit cum aliquo genere armorum per aliquem officialem comunis Perusii aut
familiam ipsius et talis officialis condempnationem et punitionem non fecerit secundum formam statuti et
presentium ordinamentorum contra talem arma portantem et reperitum debitam seu fraudem aut
neglegentiam aliquam commiserit eo quo quo modo et probari poterit eundem tempore sindicatus
ad instantiam cuiuscumque per tres testes fidedignos quod talis fuit et probatum, ut sic ipsum aut eius
familiam fraudem aut neglegentiam commisisse condempnet et condempnari possit et debeat per suos
sindicatores de suo salario retinendo in illa et in eadem pena qua condempnari
debuisset huiusmodi arma portans per formam statuti comunis Perusii et presentium ordinamentorum et puniri,
super quo possit et debeat per suos sindicatores spetialiter sindicari pena ipsis sindica-
toribus si neglegentes fuerint ducentorum florenorum de auro a quolibet et qualibet vice de facto
per maiorem sindicum auferenda. Ceterum ut officiales ipsi sub obtentu comodi
contra ferentes arma tendant ad reperiendum condempnatores efficacius priores sta-
tuerunt quod de omni et toto eo quod occasione portatoris seu delatoris armorum quilibet
officialis comunis Perusii venire fecerit in comune et in camera massariorum habeat et habere possit
et debeat a dictis massariis absque alio ordinamento precepto vel mandato quartam partem

Item quod nullus qui esset condempnatus comunis Perusii vel condempnaretur in posterum vel [illegible], que pendet,
nunc vel in futurum per aliquem officialem comunis Perusii quacumque occasione pendente dicto
processu et donec dictam condempnationem non solverit et post solutionem predictam
per octo dies possit nec debeat conduci aut refirmari ad aliquod stipendium seu provisionem
comunis Perusii nec ad aliquod officium seu honorem vel ambaxiatam dicti comunis eligi vel assumi
nec aliquod stipendium seu salarium provisio vel aliud sibi concedi vel dari ex expensis comunis Perusii
vel alterius, pena tam conducenti, eligenti, solventi quam etiam conducto electo vel alias assumpto
acceptanti mille librarum denariorum sibi auferenda de facto per quemlibet officialem comunis Perusii ad petitionem
cuiuscumque petentis. Et quod officialis quilibet qui processum initiaret quolibet [illegible] aliquem
sub dicta pena possit teneatur et debeat in eadem die a die initiandi processus in posterum
et fecerit sive super processibus iam inceptis notificare et in scriptis mictere conservatoribus
monete ac etiam massariis comunis Perusii nomina et pronomina omnium et singulorum contra quos
hactenus processerunt et in posterum fecerint et contra quos processerint in futurum, ad hoc ut tam
conservatores quam massarii per ignorantiam si conducerent vel aliquid solverent se
nequeat quolibet excusare vel contra predictorum exigentia aliquid agere quoquomodo

Item cum homicidii facinus cuncta scelera equiperet vel excedat, statuerunt et reforma-
verunt quod de quolibet homicidio quod committeretur in seu contra personam civis comitatensis vel forensis
duplicentur et duplicari debeat pena et committens ipsum homicidium condempnetur et
puniatur et condempnari et puniri debeat secundum formam statuti comunis Perusii. Salvo et expresso reservato
quod de homicidio quod committeretur in platea comunis Perusii vel prope ad ipsam plateam
per viginti passus sit et esse intelligatur et debeat pena personalis. Et quod cuilibet
sit licitum et permissum persequi et capere quemlibet qui homicidium in ipsa platea
committeret vel aliquem cum aliquo genere armorum in ipsa platea vulneraverit et ducere
libere licite et impune et mictere in fortiam comunis Perusii. Et si contigerit quod talis
qui persequeretur caperet seu duceret talem homicidam seu vulnerantem aliquem
in persequendo capiendo aut ducendo quolibet offenderet unde ~~offensam~~

Item quod officiales debeant habere quartam partem penarum armorum.

[du]plici pena
[puni]a puniri
[de]beat

occasion[e] talis offensionis nullatenus condepnari seu puniri possit aut debeat quo
quomodo ad hoc ut amicis dicte matria pro securitate et privilegio dicte platee ab olim
ut res sacra saluanda et violatores modis omnibus in surgendo

Et quoniam contra seu preter exigentiam seu dispositionem presentium statutorum ut supra contentorum
in dictis capitulis nomine editorum statuta seu ordinamenta dicti comunis prefati contra seu
aliter disponunt voluerunt et statuerunt quod non obstantibus quibuscumque legibus statutis
ordinamentis reformationibus seu reformationibus dicti comunis in contrarium premissorum vel aliorum
eorum vel alicuius eorum generaliter vel specialiter disponentibus quibus omnibus et singulis quo ad predicta et
quolibet predictorum derogaverunt expresse Et pro derogatis haberi voluerunt, ac si hic facta
esset mentio et derogatio specialis super predictis omnia et singula in supradictis dictis capitulis
et quolibet ipsorum ac presenti capitulo contenta preceteris statutis ordinamentis et legibus
dicti comunis possint et debeant de cetero inviolabiliter observari et fieri et in voluminibus
statutorum dicti comunis Et nichilominus pro ipsis haberi non exigentia predictorum, Que quidem
statuta leges et ordinamenta ut supra facta et edita per supradictos dominos priores et
camerarios scripta et publicata per Benedictum notarium eorum lecta et solepniter promulgata
fuerunt per Cecchinum boccaci et socios publicos precones dicti comunis de mandato dictorum dominorum
priorum et camerariorum in platea comunis prefati in locis consuetis prout ipsi retulerunt
anno mense die indictione et pontificatu predictis die altero dicti mensis aprilis

Ego Ladislaus Jacobutii de Reate cancellarius comunis prefati ad fidem me subscripsi.